LL
S1698cA

Sallust. Catilina

Conivratio Catilinae;
rec. Ahlberg.

S1698cA

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# C. SALLVSTI CRISPI
# CONIVRATIO CATILINAE

RECENSVIT

AXEL W. AHLBERG

GOTOBVRGI
ERANOS' FÖRLAG

LIPSIAE
OTTO HARRASSOWITZ

MCMXI

LL
S1698cA

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# C. SALLVSTI CRISPI
# CONIVRATIO CATILINAE

RECENSVIT

AXEL W. AHLBERG

325825
12. 3. 36.

GOTOBVRGI
ERANOS' FÖRLAG

LIPSIAE
OTTO HARRASSOWITZ

MCMXI

GÖTEBORG 1911
ELANDERS BOKTRYCKERI A.-B.

# AEMILIO WALLSTEDT

SACRUM

# PRAEFATIO.

'Coniurationem Catilinae' et 'Bellum Iugurthinum' Sallusti editurus, quam rationem in codicibus Sallustianis eligendis et aestimandis sim secutus, in libro qui inscribitur 'Prolegomena in Sallustium' explicaui ibidemque de cognatione codicum, stirpium, classium accuratius disputaui.

Testimonia scriptorum undique collecta quam diligentissime adtuli. etiam imitationes, quas nota *cf* significaui, passim adhibui, si modo ad textum restituendum aliquid ualebant uel ad certos locos poterant referri. nam quaecumque scriptor Dictyis, Sulpicius Seuerus, Exsuperantius, Hegesippus, alii, qui a Sallustio sunt furati et ad suum quisque arbitrium mutantes suae orationi inmiscuerunt, ea omnia coaceruare et superuacaneum et inutile existimabam.

In rebus orthographicis rationem scribendi eorum, qui ante me Sallustium ediderunt, plerumque sequor. ut formas uestustiores *lubido, maxumus, uorto, nouos,* sim. scribo. quamuis enim codices uel antiquissimi in hac re ualde sint inconstantes, tamen mihi persuadere non potui — id quod Maurenbrecher, C. Sallusti Crispi Historiarum Reliquiae fasc. II uidetur suadere — ut putem eas Sallustio omnino esse abiudicandas. cumque fieri non possit ut usus Sallustiani certas normas statuamus, formas uetustas ubique recepi. quamquam concedo tales formas, quales sunt *minumus, infumus,* mihi non multum placere. at *uoster* sum aspernatus, quoniam hanc formam temporibus Sallusti in usu non fuisse certe constat (nimirum codices qui semper fere compendium *ūri* habent neque hanc neque illam rationem scribendi

commendant). et in formis gerundii et gerundiui scribendis ab prioribus editoribus ita dissideo, ut codices antiquissimos secutus formas in *-undus* desinentes nonnisi in locutionibus formulisue usitatis, uelut in *reip.*, *pecuniae capiundae* — *belli faciundi, gerundi* — *potestatem faciundam* — *pecuniarum repetundarum*, scribam.

Tum interpunctionem codicum, quippe quae multis in rebus usum antiquum redoleat, diligentius sequor, non ita quidem, ut discrimina signorum interpunctionis reddiderim, sed ita ut legibus interpungendi, quas in codicibus in uniuersum ualere apparet, quantum fieri potuit, indulgeam, ut in iisdem orationis partis membris coaceruandis — id quod Sallustius amat — non modo membra maioris spatii, sed etiam singulas uoces asyndeto coniunctas uirgula (,) distinguo. plura de hac re in Prolegomenum partis III capite 2 disputaui.

Restat, ut gratias agam maximas Guilelmo Lundstroem, cuius auxilio usus sum praestanti in scidis corrigendis.

Vexioniae mense Maio anni MCMXI.

# NOTARVM CONSPECTVS.

I. Codices *mutili*, in quibus desunt uerba inde ab J 103.2 *quinque delegit* usque ad 112.3 *pacem uellet*.

*Π* {
**P** cod. Parisinus 16024, olim Sorbonn. 500, saec. X (uerba ultimae paginae a J 113.3 *colloquio decretum* delituerunt).
**P**$^1$ cod. Parisinus 16025, olim 1576, saec. X.
}

*Σ* {
**P**$^2$ cod. Parisinus 6085, saec. XI (post finem Iug. eadem manus c. 110 adscripsit et paulo post alia manus totam lacunam excepto c. 110 suppleuit).
**B** cod. Basileensis A. N. IV. 11, saec. XI (post finem Iug. eadem manus c. 110 adcripsit).
**P**$^4$ cod. Parisinus 5748, saec. XI (lacuna Iug. paulo post suppleta).
}

*X* consensus codicum *Π* et *Σ*.

**N** cod. Palatinus 889, olim Nazarianus, saec. XI.

**K** cod. Palatinus 887, olim Kemnati, saec. X—XI (posterior manus a J 102.11 *bene* || *ficiis uictum* incipiens totam lacunam et quae sequuntur scripsit).

**H** cod. Berolinensis 205, olim Phillippicus 1902, saec. XI (lacuna Iug. paulo post suppleta).

*Γ* {
**M**$^2$ cod. Monacensis 4559, saec. XI—XII (lacuna Iug. post suppleta).
**T** cod. Turicensis bibl. reip. C 143 a, saec. XI exeuntis (lacuna Iug. post suppleta).
*γ* {
**D** cod. Parisinus 10195, olim Echternacensis, saec. XI (lacuna Iug. paulo post suppleta).
**M** cod. Monacensis 19472 saec. XI.
**F** cod. Hauniensis bibl. Vniversit. 25, olim Fabricianus, saec. XI (posterior manus lacunam et quae sequuntur suppleuit).
}
}

*γ′* consensus codicum **T** et *γ*.

*Γ′* consensus codicum **H** et *Γ*.

*Υ* consensus codicum **N**, **K**, *Γ′*.

*Ω* lectio archetypi omnium codicum mutilorum.

2. Codices *integri*.

**l** cod. Leidensis Voss. lat. 73, saec. XI (in fine ualde mutilatus J. 109.4 *adhibentur praeterea* || desinit).

**s** cod. Lipsiensis bibl. sen. Rep. I fol. 4, saec. XI.

**n** cod. Parisinus 6086, saec. XI (J 108.2 *consulto esse*|| desinit).

**m** cod. Monacensis 14477, saec. XI (J 106.1 *Volux adueniens* || desinit).

**e** cod. Einsiedelensis, saec. XI (J 85.28 desinit).

*Ω′* consensus codicum et mutilorum et integrorum.

3. Codices orationes epistulasque continentes.

**V** cod. Vaticanus 3864, saec. X.

In apparatu critico unci quadrati [] sigla comprehendentes, uelut [P], manum significant correctricem.

In ipso textu unci quadrati [] delenda, angulati ⟨⟩ supplenda significant.

# C. SALLVSTI CRISPI
# CONIVRATIO CATILINAE

Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne uitam silentio trans- 1

*A scriptoribus alio alia inscriptio usurpata* Catilina *aut* Bellum Catilinae *aut* (Bellum) Catilinarium. [*Cf Prolegomena, partis III cap I*].

1 sqq. *Quintil. III 8.9 quos (sc. Isocraten et Gorgian) secutus uidelicet C. Sallustius in Bello Iugurthino et Catilina nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus est.*

1. *Charis. I p 149 K. nam accusatiuus iuxta regulam manente 'i' littera debet enuntiari, 'hos' et 'has agilis', ut est:* omnis homines. *Ibd. 139 'omnes' Sallustius in Catilina — — — cum idem in eodem:* omneis homines qui sese student praestare ceteris animalibus. — *Diomed. I p 305 K. = Charis I 149 K. — Prisc. II p 378 K. omnium, quae tam nominatiuum quam genetiuum similem habent, eorum accusatiuus raro in 'es', frequenter in 'is' solet terminari ut: 'hic' et 'haec omnis, huius omnis, hos' et 'has omnis'. Sallustius in Catilinario:* omnis homines qui sese student.

*Non. p 371.11 M. 'praestare' antecellere — —. Sallustius in Catilinae Bello:* omnis homines qui sese student praestare. — *Arus. VII p 508 K. 'studeo me praestare illis', Sal. Catil.:* qui sese student praestare ceteris animalibus. — *Diomed. I p 313 K. 'anteeo illi' et 'praesto illi' datiuo casu dicimus, ut — — Sallustius:* praestare ceteris animalibus. — *Eugraph. ad Eun. II 2.1 'homini homo', inquit, 'quid praestat stulto intellegens'. sensus est: homini stulto homo intellegens quid praestat, hoc est quantum antecedit, ut:* omnes homines, qui sese student praestare ceteris animalibus.

*Praescriptiones* C. SALLVSTII CRISPI BELLVM CATVLINARIV INCIPIT **P** C. CRISPI. SALLVSTII. BELLV CATILINARIV INCIPIT **B** INCIPIT LIBER HISTORIARVM SALLVSTII **N** CRISPI SALVSTII LIBER CATILINARIVS INCIPIT **M²** GAGII SALVSTII LIB INCIPI.I. **1.** *In reliquis codicibus desunt.*

1 HOMI|||NES **P** ceteris praestare animalibus **K M²T**

eant ueluti pecora, quae natura prona atque uentri ob-
2 oedientia finxit. sed nostra omnis uis in animo et cor-
pore sita est: animi imperio, corporis seruitio magis uti-
mur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commu-
3 ne est. quo mihi rectius uidetur ingeni quam uirium

1. *Seneca ep. VI 8 (60).4 hos itaque, ut ait Sallustius,* uentri oboedientes *animalium loco numeremus, non hominum. — Non. p 309.10 M. 'fingere' effigiare uel formare et facere ———. Sallustius in Catilinae Bello:* quae natura prona atque uentri oboedientia finxit. — *Arus. VII p 496 K. 'oboediens praeceptis', Sal. bello Catil.:* pecora quae natura prona atque uentri oboedientia finxit. — *Prisc. III p 370 K. 'oboedio tibi' — —. Sallustius in Catilinario:* quae natura prona atque uentri oboedientia finxit. — *Victorin. p 160 Halm — — sic Sallustius:* et quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere *conuenit, non pecorum more uiuere,* quae natura prona atque uentri obedientia finxit.

2. *Lactant. diuin. inst. II 12.12 quod quidem non fugit hominem nequam Sallustium, qui ait:* sed nostra omnis uis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis seruitio magis utimur. — *Seru. ad Geo. I 198 'ni uis humana' possibilitas. Sallustius:* sed nostra omnis uis in animo et corpore sita est. *Idem ad Aen. II 452 'uimque' uirtutem. ut Sallustius:* sed nostra omnis uis in anima et corpore sita est. *Idem ad Aen. X 411 'sed bellis acer'* sed *modo inceptiua particula est, ut in Sallustio saepius, sicut 'at' interdum, nam non est coniunctio ratiocinantis.*

3. *Hieron. adu. Iouinianum II 10 alia quoque comparatio animae et corporis a philosophis ponitur: corpus puerum, animam paedagogum esse dicentibus, unde et historicus:* animae, *inquit,* imperio, corporis seruitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est. *Idem ep. ad Gal. III c. 5 u. 16 et secundum sententiam historici:* animi imperio, corporis seruitio magis uiuere. *Idem ep. ad Eph. III c. 5 u. 33* animi *quippe, ut ait Crispus,* imperio, corporis seruitio magis utimur. — *Augustin. ciu. D. IX 9 corpus quippe seruum est, sicut etiam Sallustius ait:* animi imperio, corporis seruitio magis utimur. *adiunxit autem ille:* alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est.

4. *Seru. ad Aen. V 81 'animaeque umbraeque paternae' — —. his rebus colligitur hominem harum omnium animarum esse participem. unde Sallustius ait:* alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commune est.

1 transeat (*sup* t *fin. ras*) **P**     2 omnis nostra uis **P$^4$F** nostra uis omnis **H**     et in corpore **l**     5 rectius esse uidetur *χ***NM$^2$Tme** rectius uidetur esse **B***Γ***ln** rectius mihi uidetur esse **s**

opibus gloriam quaerere, et quoniam uita ipsa qua fruimur
breuis est, memoriam nostri quam maxume longam ef-
ficere. nam diuitiarum et formae gloria fluxa atque fra- 4
gilis est, uirtus clara aeternaque habetur.
Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, uine 5
corporis an uirtute animi res militaris magis procede-
ret. nam et prius quam incipias consulto, et ubi consu- 6
lueris mature facto opus est. ita utrumque per se indi- 7
gens alterum alterius auxilio eget. igitur initio reges 2
(nam in terris nomen imperi id primum fuit) diuorsi pars
ingenium, alii corpus exercebant; etiam tum uita homi-
num sine cupiditate agitabatur; sua cuique satis place-

1. *Victorin. uide supra 1.1.*

5. *Cf Sulp. Seu. chron. I 5.4* cum antea nullum inter mortales certamen fuisset.

7. *Donat. ad Andr. II 1.34 'inuenite' ergo cogitate dixit, post cogitationem 'efficite', id est in effectum perducite. Sallustius:* nam et priusquam incipias consulto et u. c. m. f. o. e. — *Prisc. III p 226 K. ablatiui quoque eorum pro infinitis, ut in Catilinario:* nam et priusquam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est *pro 'consulere' et 'facere'. Ibd. p 288 item.*

9. *Schol. Horat. ad art. poet. 411 'alterius sic a. p.' ut illud Sallustianum:* alter alterius auxilii eget.

*Augustin. ciu. D. III 10 quid autem mali esset ac non potius plurimum boni, si ea tempora perdurarent, quae perstrinxit Sallustius, ubi ait:* igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diuersi pars ingenium, alii corpus exercebant; etiamtum uita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant. — *Cledon. V p 74 K. sunt mediae ut 'igitur': qua parte uoluero, licenter pono; et stat elocutio ut 'igitur hoc faciam' et 'hoc igitur faciam' — — — Sallustius:* igitur initio reges.

11. *Augustin. ciu. D. III 14 cum enim laudans breuiter antiquiora commemorasset (sc. Sall.) tempora, quando* uita hominum sine cupiditate agitabatur et sua cuique satis placebant: postea uero, *inquit,* quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbes adque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare.

---

4 est *eras* **B** 5 magnum inter *in ras* **m** utrum ui **l** 6 res magis militaris **P**[4] magis *om* **Bn** *ss* **M**[2] 9 auterius **n** indiget *γ* 10 diuers|| **B** 11 et adhuc iam tum **N**

2 bant. postea uero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lace-
daemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes
subigere, lubidinem dominandi causam belli habere,
maxumam gloriam in maxumo imperio putare, tum de-
mum periculo atque negotiis conpertum est in bello pluru-
3 mum ingenium posse. quod si regum atque imperatorum
animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret, aequabilius
atque constantius sese res humanae haberent, neque a-
liud alio ferri neque mutari ac misceri omnia cerneres.
4 nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio
5 partum est. uerum ubi pro labore desidia, pro continen-
tia et aequitate lubido atque superbia inuasere, fortuna
6 simul cum moribus inmutatur. ita imperium semper
ad optumum quemque a minus bono transfertur.
7 Quae homines arant, nauigant, aedificant, uirtuti
8 omnia parent. sed multi mortales, dediti uentri atque

4. *Non. p 364.*$_{17}$ *M. 'periculum' experimentum — —. Sallustius in Catilinae Bello:* tunc uero periculo atque negotiis conpertumst.

9. *Cf Sulp. Seu. chron. II 51.*$_{9}$ cum — — omnia turbari ac misceri cernerentur.

12. *Non. p 526.*$_{26}$ *M. omnipotens fortuna esse desiuit; quod Sallustius mire:* fortuna simul cum moribus inmutatur.

16. *Prisc. III p 233 K. Sallustius quoque hoc comprobat dicens:* sed multi mortales dediti uentri atque somno indocti incultique uitam sicuti peregrinantes transiere. — *Seru. ad Geo. I 3 cultum hic habitudinem corporis significat — — —. alias ad animum refertur, ut Sallustius:* indocti incultique uitam sicuti peregrinantes transigere. *Idem ad Aen. VIII 316 'neque cultus erat' — —. alii ad animum referunt, ut Sallustius:* indocti incultique.

1 post uero **K** 2 atque *eras* **B** 3 libidine **HD** (*ex* -nem) **s** habere et **P**² 7 pace *in ras* **B** aequalius **P** (*corr*) aequalibus **P**¹ aequabilius (us *in ras*) **l** 8 constantius *in ras al. m* **B** aliud *ss m 2* **P** 9 fieri **l** 10 namque **M**²**T** que *add* **m** initio *sup* retinetur *scr* **P** ab initio **M**²**T** 12 aequalitate (aequitate *ss*) **D** aequalitate **M** aequabilitate (bi *ss*) **M**² (*ex* aequitate) **F** 13 cum |||oribus (m *eras*) **B** cum moribus simul **HD** simul *ss* **M** 14 transfertur *ex* transferuntur **P**¹ 15 qui omnes **n** omnes *plerique codd* erant **P**¹ (*corr*) **N** (a *ss*) 16 parant (e *ss*) **N** uentre **P** (*corr*)

somno, indocti incultique uitam sicuti peregrinantes
transiere; quibus profecto contra naturam corpus uolup-
tati, anima oneri fuit. eorum ego uitam mortemque
iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. uerum e- 9
nimuero is demum mihi uiuere atque frui anima uidetur,
qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis
bonae famam quaerit. sed in magna copia rerum aliud
alii natura iter ostendit. pulchrum est bene facere rei 3
publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; uel pace
uel bello clarum fieri licet; et qui fecere, et qui facta ali-
orum scripsere, multi laudantur. ac mihi quidem, tam- 2

1. *Non. p 419.22 M. 'uitam' manifestum a uiuendo dictam. Sallustius in Catilinae Bello:* uitam sicuti peregrinantes transiere. — *Don. ad Phor. IV 2.15 'hunc adoriar hospitem' astute hospitem de eo qui superuenit, nomen aptum imprudenti rerum atque alieno ab earum scientia. Sallustius:* uitam sicuti peregrinantes transiere [transierunt O transigere *rell*].

3. *Prisc. III p 44 K. 'iuxta' — — —, quando uero uerbo per se coniungitur, aduerbium id esse existimant, ut Sallustius in Catilinario:* horum ego uitam mortemque iuxta aestimo.

4. *Prisc. III p 102 K. 'uero' — — completiuam esse etiam Sallustius ostendit in Catilinario:* uerum enim uero is demum mihi uiuere et frui anima uidetur. *Ibd. p 157 Sallustius in Catilinario:* uerum enim u. i. d. m. u. atque f. a. u. *Ibd. p 287 item. Ibd. p 236* u. e. u. i. d. m. u. ac f. a. u.

6. *Non. p 309.28 M. 'facinus' factum. Sallustius in Catilinae Bello:* qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit. — *Arus. VII p 488 K. 'intentus illa re', Sal. Catil.:* qui aliquo negotio intentus.

11. *Gell. IV 15.1 nonnulla tamen uideri possunt non indigna reprehensione, quale illud in Catilinae historia repertum est quod habeat eam speciem quasi parum attente dictum. uerba Sallustii haec sunt:* ac mihi quidem, tametsi hautquaquam par gloria sequitur scriptorem et aucto-

1 atque inculti (uel que *ss*) **B** 2 transiere **KM**[2] (g *ss*) me transire (transegere *ss*) **P**[1] transigere **N** (g *lin. transuersa oblitt*) **F** transegere *rell* 3 eorum ergo uitam *Γ'* (— **T**) mortem uitamque **P**[2] 4 utroque **l** enimuerum **P** (*corr*) 5 atque anima frui **M**[2]**MF** 6 atque artis **N** bonae artis **l** 8 rei p. bene facere **M**[2]**T** 9 obsurdum **Te**

etsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et actorem rerum, tamen inprimis arduum uidetur res gestas scribere; primum quod facta dictis exaequanda sunt; dehinc quia plerique quae delicta reprehenderis maliuolentia et inuidia dicta putant, ubi de magna uirtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat aequo animo accipit, supra ea ueluti ficta pro falsis ducit.

3 Sed ego adulescentulus initio sicuti plerique studio ad rem publicam latus sum, ibique mihi multa aduorsa fuere. nam pro pudore, pro abstinentia, pro uirtute,
4 audacia, largitio, auaritia uigebant. quae tametsi animus

rem (actorem RV$^3$) rerum, tamen imprimis arduum uidetur res gestas scribere: primum quod facta dictis exaequanda sunt, dein quia plerique quae delicta deprehenderis maliuolentia et inuidia dicta putant. ubi de magna uirtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra ueluti ficta pro falsis ducit. — *Charis. I p 215 K. 'quaquam' Sallustius:* tametsi haut quaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum. — *Sacerd. VI p 445 K.* tametsi haudquaquam par gloria sequitur. — *Cf* Oros. adu. pag. I 1.$_6$ in quibus (sc. annis) se inter actores (auctores R$^2$B) scriptoresque omnium otia negotiaque triuerunt. — *Aurel. Vict. Caes. 20.*$_3$ tantum gratia doctarum artium ualet, ut scriptoribus ne saeui mores quidem ad memoriam officiant. quin etiam mors huiuscemodi ipsis (sc. scriptoribus) gloriae, execrationi actoribus est.

3. *Cf Hieron. uita S. Hilarionis 1* scripturus uitam beati Hilarionis habitatorem eius inuoco Spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exaequentur.

6. *Augustin. ep. 137.*$_{14}$ ac per hoc quae sibi quisque facilia *non* factu *sed captu* putat, aequo animo accipit, supra ea ueluti ficta pro falsis ducit.

12. *Non. p 322.*$_{28}$ *M. 'insolens' rursum non solens — — Sallustius in Catilina:* quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium.

1 sequatur *X***M$^2$Fsn** sequitur **P$^1$***Y***lme** (a *ss* **P$^1$ TM**) 2 auctorem **PB** (u *eras*) **P$^4$H** 3 factis dicta **P$^1$P$^2$P$^4$** (-a-is *ss* **P$^1$** facta dictis *ss* **P$^2$P$^4$**) exequenda **P$^1$** (a *ss*) **KH** 5 dictum **M$^2$**$\gamma$ *om* **H** 7 factu **PP$^2$BNHlsn** facto *rell* (u *ss uel corr* **P$^1$P$^4$KM$^2$De**) puta|||t (n *eras*) **B** ficta *in ras* **M$^2$n** *ex* facta **e** 9 a studio **BP$^4$** a *ss* **P$^2$K Tl** 10 multa mihi **l** aduersa multa **P$^4$TF** aduersaria **Ks** 12 uigebat (n *ss*) **K**

aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter
tanta uitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur;
ac me, cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, ni- 5
hilo minus honoris cupido eadem qua ceteros fama atque
inuidia uexabat. igitur ubi animus ex multis miseriis 4
atque periculis requieuit, et mihi reliquam aetatem a re
publica procul habendam decreui, non fuit consilium so-
cordia atque desidia bonum otium conterere, neque uero
agrum colendo aut uenando, seruilibus officiis, intentum
aetatem agere; sed a quo incepto studioque me ambitio 2
mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi
Romani carptim, ut quaeque memoria digna uidebantur,
perscribere, eo magis quod mihi a spe, metu, partibus rei
publicae animus liber erat.

Igitur de Catilinae coniuratione quam uerissume po- 3
tero paucis absoluam; nam id facinus in primis ego memo- 4
rabile existumo sceleris atque periculi nouitate. de cuius 5

2. *Prob. IV p 23 K. tale est Sallustianum* imbecilla aetas, *non imbecillis.*

3. *Sacerd. VI p 444 K. copulatiuae sunt sex* — —: ac me cum ab reliquorum.

12. *Non. p 512.₁₉ M. 'strictim'* — —. *Sallustius:* strictim, ut quaeque memoria digna uidebantur, perscribere. — *Cf Sulp. Seu. chron.* I 1.₁ res a mundi exordio — — carptim dicere aggressus sum.

13. *Arus. VII p 490 K. 'liber ab illa re', Sal. Catil.:* a spe, metu, partibus reip. animus liber erat.

15. *Victorin. p. 203 Halm* — — *ut Sallustius sibi omnia in Catilina tribuit:* quam uerissime potero paucis absoluam. — *Cf Dict. I 13* quam uerissime potero exponam.— *Sulp. Seu. chron. II 14.₈* per Iudith gesta ut potero paucis absoluam. — *Iordan. res Get.* 2 ut potero paucis absoluam.

---

3 reliquis **P** (relicuorum *corr*) **n** *ss m 2* **T** moribus malis **P²** 4 eadem qua **P²B** (*ex* eademq.) eadem quae et **n** eadem quae *rell* 6 reliquam et *ante* requieuit *oblitt* **K** 7 habendam *ex* habere **P²** agere **n** 9 intentam [**P¹M**] **l** 10 studio||| (q, *eras?*) **n** mala ambitio **TMF** 12 uti quaeque **Te** digna memoria **n** 13 eo magis *ss m 2* **P** 15 catilina *et* catilena *promiscue scr* **P**

hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

5 L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna ui et animi
2 et corporis, sed ingenio malo prauoque. huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia ciuilis
3 grata fuere, ibique iuuentutem suam exercuit. corpus patiens inediae, algoris, uigiliae supra quam cuiquam cre-
4 dibile est. animus audax, subdolus, uarius, cuius rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui pro-

1. *Cf Sulp. Seu. chron. I 1.*$_6$ nunc initium narrandi faciam.

3. *Non. p 351.*$_{18}$ *M. 'nobile' ad dignitatem generis refertur. Sallustius:* Lucius Catilina nobili genere natus fuit. — *Cf Aurel. Vict. uir. ill. 76* Mithridates, rex Ponti, — — magna ui animi et corporis.

4. *Cf Sulp. Seu. chron. II 45.*$_6$ uir et — — ingenio malo prauoque.

6. *Non. p 433.*$_{17}$ *M. 'iuuentus' et 'iuuenta' et 'iuuenilitas' differunt hoc. — — —. Sallustius in Catilinae Bello:* ibique iuuentutem suam exercuit.

7. *Augustin. ep. 167.*$_7$ *Catilina, ut de illo scripserunt qui nosse potuerunt, frigus sitim famem ferre poterat eratque* patiens inediae algoris uigiliae supra quam cuiquam credibile est.

8. *Non. p 439.*$_{24}$ *M. 'simulare' et 'dissimulare' — — Sallustius in Catilinae Bello:* cuius rei libet simulator ac dissimulator. — *Cf Pseudosall. ep. II 1.*$_4$ quoius rei lubet.

9. *Fronto ed. Nab. p 107 Sallustium antithetis honeste compositis usum:* alieni adpetens, sui profusus; satis eloquentiae, sapientiae parum; *paronomasia etiam non absurda nec friuola sed proba et eleganti:* simulator ac dissimulator. — *Seru. ad Aen. I 516 'dissimulant' dissimulamus nota, simulamus ignota, ut Sallustius:* simulator ac dissimulator.

*Fronto uide supra.* — *Cledon. V p 72 K. 'amans sapiens' et cetera quando comparantur et aduerbia faciunt et genetiuo casui coniunguntur, nomina sunt, unde Sallustius:* alieni appetens, sui profusus. — *Prisc. III p 217 K. 'amans illius' — — —. Sallustius in Catilinario:* alieni appetens, sui profusus. — *Cf Dict. IV 22* parcum in suo atque appetentem alieni.

---

1 da — faciam *in ras* **P**[1] *post* sunt *ras 12 litt.* **l** 3 Lucius — prauoque *in mg* **P**[1] 4 prauoque *add m 2* **P** 7 cuiquam *eras* **P**[1] *om* **P**[2] cuique **N** 8 subdolus uarius *bis scr semel del* **P** cuius rei lubet *Π***NTsme** cuius lubet rei *Σ Γ***n** cuius ||||| (libet rei *ss*) **l**

fusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae
parum. uastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta 5
semper cupiebat. hunc post dominationem L. Sullae lubido 6
maxuma inuaserat rei publicae capiundae, neque id
quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet,
quicquam pensi habebat. agitabatur magis magisque in 7
dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia sce-
lerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra me-
moraui. incitabant praeterea corrupti ciuitatis mores, 8
quos pessuma ac diuorsa inter se mala, luxuria atque aua-
ritia, uexabant.

Res ipsa hortari uidetur, quoniam de moribus ciuitatis 9

1. *Arus. VII p 449 K. 'ardet in illa re', Sallust. Bello Catil.:* ardens in cupiditatibus.

*Fronto uide supra. — Gell. I 15.₁₈ Valerium Probum, grammaticum illustrem, ex familiari eius, docto uiro, comperi Sallustianum illud:* satis eloquentiae, sapientiae parum, *breui antequam uita decederet, sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmauisse: satis loquentiae, sapientiae parum, quod 'loquentia' nouatori uerborum Sallustio maxime congrueret, 'eloquentia' cum insipientia minime conueniret. — Apoll. Sid. ep. IX 9.₂ a regula Sallustiani tramitis detortus exorbitat, qui Catilinam culpat habuisse:* satis eloquentiae, sapientiae parum. — *Prisc. III p 85 K. quomodo et aduerbia loco nominum posita inuenimus — — — et Sallustius in Catilinario:* satis eloquentiae, sapientiae parum. — *Cf Fronto ed. Nab. p 155* parum eloquentiae et (*del Haupt*) sapientiae nihil.

6. *Cf Panegyr. VIII 4* magis magisque in dies. — *Dict. I 19 alibi:* in dies magis magisque.

7. *Cf Augustin. conf. II 5* ut scilicet illa exercitatione scelerum capta urbe honores, imperia, diuitias adsequeretur et careret metu legum et difficultate rerum propter inopiam rei familiaris et conscientiam scelerum.

9. *Comm. Bern. ad Lucan. I 159 'semper mersere potentes'. Sallustius:* incitabant praeterea corrupti ciuitatis mores.

12. *Sacerd. VI p 446 K. rationales duodecim — —:* quoniam de moribus ciuitatis.

1 parum sapientiae **HMFm** (*corr*) 2 uirtus alta **K** 5 regnum *om* **K** pararet *ex*-rat **P** 6 animus in dies **HF** 7 excepte (inopia *al.m ss*) **K** 8 *post* supra *ras circ. 25 litt.* **l** 10 diuis(s)a **D** (uer *ss*) **MF** *ss* **M²** se *ss* **e** mala moribus luxuria **l** 12 uide|||tur (n *eras*) **B**

tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta maiorum domi militiaeque, quo modo rem publicam habuerint quantamque reliquerint, ut paulatim inmutata ex pulcherruma ⟨atque optuma⟩ pessuma ac flagitiosissuma facta sit, disserere.

6 Vrbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis uagabantur, cumque iis Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.

3. *Augustin. ciu. D. II 18 porro si illa tempora talia reperirentur, quibus* pulcherrima adque optima *fuisse praedicatur Romana res publica, quid iam de consequenti aetate dicendum aut cogitandum arbitramur, cum* paulatim mutata, *ut eiusdem historici uerbis utar,* ex pulcherrima adque optima pessima ac flagitiosissima facta est. *Ibd. II 19 item. — Cf etiam II 21* audiant eam (sc. Romanam remp.) non, ut Sallustius narrat, pessimam ac flagitiossissimam factam *cet.*

6. *Non. p 249.25 M. 'condere' constituere. Sallustius in Catilinae Bello:* urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani. — *Seru. ad Aen. VII 48 'accipimus' propter uarias opiniones hoc adiecit, ut Sallustius:* urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani. *Idem ad Aen. VII 678 nam Sallustius dicit:* urbem Romam, s. e. a., c. a. h. initio Troiani et cum his Aborigines. — *Augustin. ciu. D. III 3* urbem Romam, *inquit Sallustius,* sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani et cum his Aborigines. — *Isidor. etymol. XV 1.$_1$ de auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio inuenitur, adeo ut nec urbis quidem Romae origo possit diligenter agnosci. nam Sallustius dicit:* urbem Romanam, sicuti ego accepi, condidere atque inhabitauere initio Troiani et cum his Aborigines. — *Cf Seru. ad Aen. I 4* tamen Cato in Originibus hoc dicit, cuius auctoritatem Sallustius sequitur in Bello Catilinae: primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur Aborigines, hos postea aduentu Aeneae Phrygibus iunctos Latinos uno nomine nuncupatos.

1 pa[u]cis **n** 2 do[mi] militiaeque **B** pullicam **N** 3 relinquerint **Bn** et ut [**$P^1$**] **$P^2$B** inminuta [**K**] *Γ'e ss* **m** 4 atque optuma *om Ω'* ac flagitiosissima *om* **P** (ac fla-sima *in mg m2*) ac flagitio *in ras* **$P^1$** 6 sicut *plerique Γ* habitauere (habuere *ss*) **B** 7 incertis sedibus **$P^4$F** 8 aborigenes **B$P^4$Γs** aboriniges **m** hominum *ex* humanum **B** 9 agrestium *γ*

hi postquam in una moenia conuenere, dispari genere, 2
dissimili lingua, alius alio more uiuentes, incredibile me-
moratu est quam facile coaluerint: ‹ita breui multitudo
dispersa atque uaga concordia ciuitas facta erat›. sed 3
postquam res eorum ciuibus, moribus, agris aucta satis
prospera satisque pollens uidebatur, sicuti pleraque mor-
talium habentur, inuidia ex opulentia orta est. igitur re- 4
ges populique finitumi bello temptare, pauci ex amicis
auxilio esse, nam ceteri metu perculsi a periculis aberant.
at Romani domi militiaeque intenti festinare, parare, 5
alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, pa-
triam parentisque armis tegere. post ubi pericula uirtute

1. *Seru. ad Aen. XII 164 'bigis it Turnus' — — ita dicimus 'unos bigas, unas quadrigas, unas scalas'. Sallustius:* hi postquam in una moenia conuenere. — *Prisc. III p 414 K. 'uni' quoque et 'unae' et 'una' pluralibus adiunguntur, quae pro singularibus accipiuntur, ut Sallustius in Catilinario:* hi postquam in una moenia conuenere *pro 'in unam urbem'.*

2. *Cf Sulp. Seu. chron. I 13.₁* incredibile memoratu est quam cito numero aucti sint.

3. *Augustin. ep. 138.₁₀ quid est autem ciuitas nisi hominum multitudo in quoddam uinculum redacta concordiae? apud eos (sc. scriptores gentiles) enim legitur ita:* breui multitudo diuersa atque uaga concordia ciuitas facta erat. [dispersa *m* diuersa *rell*] — *Cf Dict. V 17* breuique ingens coalita multitudo.

5. *Augustin. ciu. D. III 10 nam* postquam res eorum, *sicut scribit ipse Sallustius,* legibus moribus agris aucta satis prospera satisque pollens uidebatur, sicut pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. igitur reges populique finitimi bello tentare, pauci ex amicis auxilio esse, nam ceteri metu perculsi a periculis aberant. at Romani domi militiaeque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem patriam parentesque armis tegere. post ubi pericula uirtute propulerant, sociis adque amicis auxilia portabant magisque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant.

2 dissili **P** alii alio **B** (alius *corr*) [**NT**] **ls** 3 memoratu *ex*-tum **P¹D** ita breui — facta erat *om Ω' inest in paucis integris et in papyro Grenfell-Hunt VI N. 884* (facta est) 6 mortalium *bis* **n** 8 finitimique populi **n** tem|||re **P** (*corr m 2*) pauci|| (s *eras*) **e** 10 festinabant **P²**

propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant, ma-
gisque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias para-
6 bant. imperium legitumum, nomen imperi regium ha-
bebant. delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium
sapientia ualidum erat, rei publicae consultabant; hi uel ae-
7 tate uel curae similitudine patres appellabantur. post
ubi regium imperium, quod initio conseruandae libertatis
atque augendae rei publicae fuerat, in superbiam domina-
tionemque se conuortit, inmutato more annua imperia
binosque imperatores sibi fecere: eo modo minume posse
putabant per licentiam insolescere animum humanum.

1 Sed ea tempestate coepere se quisque magis extollere,
2 magisque ingenium in promptu habere. nam regibus
boni quam mali suspectiores sunt, semperque iis aliena
3 uirtus formidolosa est. sed ciuitas incredibile memoratu

5. *Arus. VII p 46 K. 'consulo illi rei'* ——— *Sal. Catil.:* reip. consultabant.

*Seru. ad Aen. V 758 'et patribus dat iura uocatis'* — —. hi autem, *ut Sallustius dicit,* uel aetate uel curae similitudine patres appellati sunt. — *Eugraph. ad Adel. I 2.30 'alieniore aetate post faciet tamen' aetate quae est aliena, hoc est post adulescentiam* ——— *ut Sallustius dicit:* curae similitudine patres appellabantur. — *Cf Isidor. etymol. IX 4.10* patres autem, ut Sallustius dicit, a curae similitudine uocati sunt. nam sicut patres filios suos, ita illi rempublicam alebant.

9. *Prob. IV p 129 K. quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius:* annua imperia. — *Augustin. ciu. D. V 12 hinc est quod regalem dominationem non ferentes* annua imperia binosque imperatores sibi fecere.

12. *Seru. ad Geo. I 27 'tempestatumque potentem'* — — — *aut tempestatum ait 'temporum' sicut ubique Sallustius:* ea tempestate.

15. *Augustin. ciu. D. V 12 expulso itaque rege Tarquinio et consulibus institutis secutum est quod idem auctor in Romanorum laudibus posuit, quod* ciuitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum breui creuerit: tanta cupido gloriae incesserat.

2 amicitias *om* **P** parabant amicitias **K** 6 apel$^{ba}$lantur **l** 7 libertatis conseruandae **m** (*corr*) libertatis causa atque **NKHDs** causa *ss* **M$^2$T** initio gratia conseruandae libertatis atque causa augendae **n** 8 atque *om* **l** 10 binos (que *om*) **n** 11 insoles$^{cere}$ **B** humanum animum **HD** 12 extollere magis magisque **e** 13 promptum **P$^1$**

est adepta libertate quantum breui creuerit: tanta cupido gloriae incesserat. iam primum iuuentus, simul ac belli 4
patiens erat, in castris per laborem usum militiae discebat, magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque conuiuiis lubidinem habebant. igitur 5
talibus uiris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: uirtus omnia domuerat. sed gloriae maxumum certamen inter ip- 6
sos erat: se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat. eas diuitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant. laudis auidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem,

2. *Diomed. I p 435 K. et apud Sallustium:* iam primum iuuentus simulac belli patiens erat: *'simulac' hyphen legendum. est enim una pars orationis. — Veget. epit. rei mil. I 4 uelocitas enim est quae percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. adulescentes legendi sunt sicut ait Sallustius:* iam simul ac iuuentus belli patiens erat, in castris per laborem usum militiae discebant (*sic Q π* usu militia *A* usu militiam *M* per laboris usum militiam *PG*).

4. *Non. p 453.₁₇ M. 'libidinem' et adpetitum uel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere — —. Sallustius in Catilinae Bello:* magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque conuiuiis lubidinem habebant. — *Calphurn. ad Haut. II 1.₄ 'libido' — — apud Sallustium in Catilin. in bonam partem capitur:* magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis et conuiuiis libidinem habebant.

5. *Gell. IX 12.₉ 'formidulosum' autem qui formidetur, Sallustius in Catilina ita dicit:* igitur talibus uiris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidulosus. — *Non. p 113.₅ M. 'formidulosum' et quod ipsum formidet et quod sit formidabile. Sallustius in Catilina:* non armatus hostis formidulosus.

12. *Non. p 442.₁₅ M. 'auarum' et 'auidum' —— Sallustius in Bello Catilinae:* laudis auidi, pecuniae liberales erant. — *Arus. VII p 490 K. 'liberalis huius rei', Sal. Catil.:* pecuniae liberales erant. — *Au-*

2 simulachelli **P** simul iuuentus belli **e** ac belli *ss* **B** 3 usum militiae **T** usu militiae (usum militiam *m2*) **P** et usu miliciam **H** labores usum militiam (laborem usu *corr*) **M**[2] usu militiam *rell* [cf Prol. p 178] discebant (n *oblitt*) **B** 5 habebunt **P** agebant **n**
9 se quisque *Π* **NKlm** (sic *ss* **P**[1] **K**) si quisque **s** sic quisque **De** sic se quisque *ΣΥ* **n**

7 diuitias honestas uolebant. memorare possum, quibus
in locis maxumas hostium copias populus Romanus parua
manu fuderit, quas urbis natura munitas pugnando ce-
perit, ni ea res longius nos ab incepto traheret.
8 Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunc-
tas ex lubidine magis quam ex uero celebrat obscuratque.
2 Atheniensium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae
magnificaeque fuere, uerum aliquanto minores tamen

*gustin. ciu. D. V 12 ueteres igitur primique Romani — — quamuis ut aliae gentes — — deos falsos colerent — — tamen* laudis auidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem, diuitias honestas uolebant.

1. *Seru. ad Aen. XII 230 'an uiribus aequi non sumus' bene addidit 'uiribus', nam legimus in Sallustio:* memorare possum, quibus in locis populus Romanus ingentes hostium copias parua manu fuderit. — *Cf Heges. I 1.*$_{19}$ quam frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit, persequi non est praesentis negotii. *III 24.*$_{25}$ maiores nostri magnas hostium copias parua manu frequenter fuderunt.

5. *Lactant. diu. inst. III 29.*$_{8}$ *sqq. cui opinioni et Vergilius adsentit — — et historicus, qui ait:* sed profecto fortuna in omni re dominatur — — —. *quis illam generi hominum uexatricem perpetuam constituerit, cur denique tam malam sortita sit potestatem, ut* res cunctas ex libidine magis quam ex uero celebret obscuretque. — *Augustin. ciu. D. VII 3 nam et uir disertissimus Sallustius etiam ipsos deos fortassis adtendit, cum diceret:* sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex libidine magis quam ex uero celebrat obscuratque. — *Cf Pseudosall. ep. II 1.*$_{2}$ plerasque res fortuna ex libidine sua agitat.

7. *Augustin. ciu. D. XVIII 2 quamuis Athenienses in Graecia plurimum claruisse fateatur etiam Sallustius Romanus historicus, plus tamen fama quam re ipsa. nam loquens de illis:* Atheniensium, *inquit*, res gestae, sicuti ego existimo, satis amplae magnificaeque fuere, uerum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. sed quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. ita eorum qui fecere uirtus tanta habetur, quantum eam uerbis potuere extollere praeclara ingenia. — *Cf Iustin. II 1.*$_{1}$ in relatione rerum a Scythis gestarum, quae satis amplae magnificaeque fuerunt.

1 possem $\mathbf{P}^1$**m** 4 nisi [$\mathbf{P}^1$] $\mathbf{P}^2$**H** *ss* $\mathbf{P}^4$ ea|| (s *eras*) **n** 7 aestimo ego *γ* existimo **HT**

quam fama feruntur. sed quia prouenere ibi scriptorum 3
magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta
pro maxumis celebrantur. ita eorum qui fecere uirtus 4
tanta habetur, quantum eam uerbis potuere extollere prae-
clara ingenia. at populo Romano numquam ea copia fuit, 5
quia prudentissumus quisque maxume negotiosus erat,
ingenium nemo sine corpore exercebat, optumus quisque
facere quam dicere, sua ab aliis bene facta laudari quam
ipse aliorum narrare malebat.

Igitur domi militiaeque boni mores colebantur; concor- **9**
dia maxuma, minuma auaritia erat; ius bonumque apud
eos non legibus magis quam natura ualebat. iurgia, dis-
cordias, simultates cum hostibus exercebant; ciues cum 2
ciuibus de uirtute certabant. in suppliciis deorum magni-

1. *Arus. VII p 485 K. 'in illa re ueniens' pro illi rei prouenienēs* ———. *sic Sal. Bello Catil.:* sed quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia. — *Sacerd. VI p 446 K. rationales duodecim* — — — — sed quia prouenere.

3. *Hieron. uita S. Hilarionis 1.* Eorum *enim* qui fecere uirtus, *ut ait Crispus,* tanta habetur, quantum eam uerbis potuere extollere praeclara ingenia. — *Cf Vopisc. uit. Prob. 1* certum est, quod Sallustius Crispus quodque M. Cato et Gellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt: omnes omnium uirtutes tantas esse, quantas uideri eas uoluerint eorum ingenia, qui uniuscuiusque facta descripserint.

7. *Non. p 322.₃₂ M. 'ingenium' est naturalis sapientia. Sallustius in Catilinae Bello:* ingenium nemo sine corpore exercebat.

11. *Augustin. ciu. D. II 17 an forte populo Romano propterea leges non sunt a numinibus constitutae, quia, sicut Sallustius ait,* ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura ualebat. *Ibd. II 18 item bis.*

14. *Non. p 398.₁₉ M. 'supplicium' rursum supplicatio. Sallustius in Catilinae Bello:* in suppliciis deorum magnifici. — *Seru. ad Aen. I 632 'indicit honorem'* — — *unde et supplicia dicuntur supplicationes* — — — *Sallustius:* in suppliciis deorum magnifici.

---

1 magna scriptorum ingenia **P²** 3 proximis (ma *ss*) **P¹N** qui fecere *Π* (ea *in extr. uers. uidetur add m 1* **P** *ss m2* **P¹**) qui ea fecere *rell* 4 quantum eam **MFn** qu. ea *rell* 6 quisque *ss* **B** 8 dicere et sua [**P¹**] **P²P⁴** dicere suaque **l** 13 cum hostibus *ss* **K** 14 deorum *ss* **DF** *om* **M**

3 fici, domi parci, in amicos fideles erant. duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax euenerat aequitate, seque
4 remque publicam curabant. quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo, quod in bello saepius uindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati proelio excesserant, quam qui
5 signa relinquere aut pulsi loco cedere ausi erant; in pace uero quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant, et accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant.

**10** Sed ubi labore atque iustitia res publica creuit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes ui subacti, Carthago, aemula imperi Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant, saeuire for-
2 tuna ac miscere omnia coepit. qui labores, pericula,

4. *Diomed. I p 365 K. 'uindico, uindicaui'. hoc uerbum non pro defendo ueteres dicebant sed pro animaduerto et punio, ut Sallustius — — et in Catilina:* uindicatum in eos, qui contra imperium pugnauerant. — *Cf Heges. V* $7._{18}$ nec dubium quod saepius uindicatum sit in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerint, quam in eos, qui secundum imperium progressi uirtuti cesserint.

9. *Augustin. ep.* $138._{9}$ *unde quid opus est ut diutius laboremus ac non ipsos potius percontemur, quomodo poterant gubernare atque augere rempublicam, quam ex parua et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui* accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. *Ibd. 10 item.*

13. *Cf Vell. Paterc. I* $12._{6}$ hunc finem habet Romani imperii Carthago aemula. — *Pomp. Mela I 34* Vtica et Carthago — —— haec — nunc populi Romani colonia, olim imperii eius pertinax aemula.

14. *Seru. ad Aen. I 298 'pateant' — nonnulli sane 'pateant' pacatae sint accipiunt, ut Sallustius — — et in Catilina:* cuncta maria terraeque patebant.

2 sequi remp. **P**[1] (*corr*) seque et rem|||p (q, *eras*) **N** seque remp. **T**    3 maxima ego **M**[2] **Γ**    6 qui (que *om.* **l**    reuocati tardius **e**    8 quod *eras* **M**[2] *om* **l**    beneficiis quam **Pls** (magis *ss m2*)    imperium *ss* **B**    9 ualebant **P**[1]    11 sed ubi resp. iustitia creuit atque labore **M**[2]**Tme** sed ubi resp. iustitia atque labore creuit **n**    magni reges **NHTme**    12 bello *ex* belli **P**    dimiti **P**    ingentes *om* **PBl**    13 romani imperii *Γ*    15 ac miscere *ss m2* **PP**[1]**P**[4]    misceri **P**[2]**B** (*ex* -re)

dubias atque asperas res facile tolerauerant, iis otium diuitiaeque, optanda alias, oneri miseriaeque fuere. igitur primo pecuniae, deinde imperi cupido creuit; 3
ea quasi materies omnium malorum fuere. namque 4
auaritia fidem, probitatem ceterasque artis bonas subuortit; pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia uenalia habere edocuit. ambitio multos 5
mortalis falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo aestumare, magisque uoltum quam ingenium bonum habere. haec primo paulatim crescere, 6
interdum uindicari; post ubi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas inmutata, imperium ex iustissumo atque optumo crudele intolerandumque factum.

Sed primo magis ambitio quam auaritia animos homi- **11**

7. *Seru. ad Geo. I 463 'quis dicere falsum a'. fallacem. Sallustius:* ambitio multos mortales falsos fieri coegit. *Idem ad Aen. IV 283 'ambire blanditiis' — — —. et 'ambio illam rem' dicimus ut — — — Sallustius:* ambitio multos mortales falsos fieri subegit.

8. *Seru. ad Aen. VII 51 'fato' autem dicit uoluntate: nam dii id fantur quod sentiunt, non ut homines, de quibus lectum est:* aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

9. *Arus. VII p 450 K. 'aestimo hoc ex illa re', Sal. Bel. Catil.:* amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo aestimare.

12. *Non. p 199.₁ M. 'contagio' feminino genere appellatur. Sallustius:* post ubi contagio quasi pestilentia inuasit. — *Charis. I p 71 K. 'contagium' ueteres magis usurpauerunt, sed Sallustius contagionem maluit dicere:* post, ubi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas inmutata. — *Cf Dict. II 22.*

15. *Augustin. ciu. D. V 12 unde qui tales erant — — non illis artibus ad honores et gloriam, sed* dolis adque fallaciis *ambiebant. unde idem (sc. Sall.) dicit:* sed primo magis ambitio quam auaritia animos

1 tolauerant (er *ss*) **B** toleuerant **K** tolerauerunt **M**²γ otium diuitiaeque [**P**¹]**P**²**B** que *om rell* [*cf Prol. p 179*] 2 optanda *Π***l** optandæ **K** optandae [**P**¹] *rell* alias **Pl** alia **P**¹ aliis [**P**¹] *rell* 3 igitur—fuere *in mg* **P**² 6 negglere **P** 7 docuit **P**¹s et ambitio **NKM**²**Tnme** 12 contagium [**P**¹**P**²**BN**]**H** [**T**]**n** 13 ciuitas *ss* **K** immutata est **K** est *ss* **T** 14 factum est **H** est *ss* **KM**²**TD** 15 quam *ex* que **P**¹

num exercebat, quod tamen uitium propius uirtutem
2 erat. nam gloriam, honorem, imperium bonus et ignauos
aeque sibi exoptant; sed ille uera uia nititur, huic quia
3 bonae artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. auaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupiuit; ea quasi uenenis malis inbuta corpus animumque uirilem effeminat, semper infinita ‹et› insatiabilis est, neque
4 copia neque inopia minuitur. sed postquam L. Sulla armis recepta re publica bonis initiis malos euentus habuit, rapere omnes trahere, domum alius alius agros cupere,

hominum exercebat, quod tamen uitium propius uirtutem erat. nam gloriam honorem imperium bonus et ignauus aeque sibi exoptant. sed ille, *inquit*, uera uia nititur; huic, quia bonae artes desunt, dolis adque fallaciis contendit.

1. *Arus. VII p 501 K. 'propius illas res', Sal. Catil.:* quod tamen uitium propius uirtutem erat. — *Prisc. III p 292 K. 'iuxta' et 'prope' et accusatiuo et datiuo iungitur. — — Sallustius in Catilinario:* quod tamen uitium propius uirtutem erat.

3. *Augustin. ciu. D. V 19 — — de quibus ait Sallustius:* sed ille uera uia nititur.

4. *Cf Heges. I* $45._{33}$ dolis atque fallaciis.

*Gell. III* $1._1$ *sq. ibi — — legebatur Catilina Sallustii — —. cumque haec uerba ex eo libro lecta essent:* auaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupiuit; ea quasi uenenis malis imbuta corpus animumque uirilem effeminat, semper infinita et insatiabilis est neque copia neque inopia minuitur. — *Augustin. ciu. D. VII 12 qualis ergo ista theologia debet esse sapienti, ubi rex deorum eius rei nomen accepit,* quam nemo sapiens concupiuit?

6. *Non.* $521._{16}$ *'imbuere' — — — Sallustius Catilinae Bello:* ea quasi uenenis malis inbuta corpus animumque uirilem effeminat.

7. *Isidor. X 9 'auarus' ex eo dictus, quod sit auidus auri — — —. et Sallustius:* quod neque auaritia copia neque inopia minuatur.

9. *Augustin. ciu. D. XVII 20 post hunc regnauit — — Salomon — —. hic* bonis initiis malos exitus habuit. — *Exsuper. 5 hinc Sallustius:* bonis initiis malos euentus habuit.

1 propius *ex* proprius **P** uirtuti **$P^4$[N]KH[$M^2$DMF]snm[e]** 3 ille bonus **n** uia uera **e** 4 des$\overset{u}{\imath}$nt **B** 5 *post* auaricia *ras 4 litt.* **B** cupiuit (con *ss*) **e** 6 uenenis *ex* ueniens **P** malis *om* **$M^2$** *ss* $\gamma$ et *om* $\Omega'$ [cf Prol. p 180] 8 neque *ante* inopia *ss* **l** silla *ex* sillaba **$P^1$** 9 rep. recepta **$M^2$T[m]** de bonis **n** 10 alius alius *ex* alios alios **$P^1$** alios agros **$P^4$**

neque modum neque modestiam uictores habere, foeda
crudeliaque in ciuis facinora facere. huc adcedebat quod 5
L. Sulla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi
fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimisque
liberaliter habuerat. loca amoena <atque> uoluptaria
facile in otio ferocis militum animos molliuerant. ibi pri- 6
mum insueuit exercitus populi Romani amare, po-
tare, signa, tabulas pictas, uasa caelata mirari, ea priua-
tim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque
omnia polluere. igitur hi milites, postquam uictoriam 7
adepti sunt, nihil reliqui uictis fecere. quippe secundae 8

1. *Cf Pseudosall. inuect. in Cic.* $1._1$ neque modum neque modestiam.

3. *Cf Quintil. VIII* $3._{44}$ sed quoniam uitia prius demonstrare aggressi sumus, uel hoc uitium sit, quod *κακέμφατον* uocatur: siue mala consuetudine in obscoenum intellectum sermo detortus est, ut 'ductare exercitus' et 'patrare bella' apud Sallustium dicta sancte et antique, ridentibus, si dis placet. — *Charis. I p 270 K.* de cacenphato — —. fit et in uno uerbo, ut apud Sallustium: ductabat exercitum et arrexit animos militum. — *Diomed. I p 45 K.* item unius uerbi obscena pronuntiatione sic fit, ut est apud Sallustium: ductabat et arrexit animos militum.

7. *Arus. VII p 486 K. 'insueuit hoc facere', Sal. Catil.:* insueuit exercitus amare, potare. — *Augustin. ep.* $138._{16}$ *in libro etiam belli Catilinae — —idem nobilissimus historicus eorum non tacet, quando* primum insueuerit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, uasa caelata mirari, ea priuatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. — *Prisc. III p 69 K. dicitur tamen et 'priuatim'. Sallustius in Catilinario:* eo priuatim et publice rapere.

10. *Prisc. III p 341 K. Sallustius in Catilinario:* postquam uictoriam adepti sunt, nihil reliqui uictis fecere.

11. *Sacerd. VI p 469 K. exemplum dicitur modis quattuor: — — — e contrario, ut est:* quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriae temperarent. *Idem p 446* quippe secundae res. — *Augustin. ciu. D. XVII 20 — — Salomon.* hic bonis

---

1 uictoris **K** 2 in ciuibus **M**$^2$[**T**] 3 in asiam [**B**]**P**$^4$**M**$^2$**M** fidum sibi **e** 5 liberaliter|| (que *eras*) **P**$^1$ atque *om Ω'* [cf Prol. p 179] 6 molliuerat (n *ss*) **P**$^1$**T** 8 signa statuas tabulas **e** statuas *sup* signa *scr X***NK** tabulasque **K** 9 despoliare **M**$^2$**T** de *ss* **m** 10 posquam **P** (*corr*) 11 adempti **Dl** (m *eras*)

res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriae temperarent.

12 Postquam diuitiae honori esse coepere, et eas gloria, imperium, potentia sequebantur, hebescere uirtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maliuolentia duci
2 coepit. igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia cum superbia inuasere: rapere, consumere, sua parui pendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati ha-
3 bere. operae pretium est, cum domos atque uillas cognoueris in urbium modum exaedificatas, uisere templa deorum, quae nostri maiores, religiosissumi mortales, fecere.
4 uerum illi delubra deorum pietate, domos suas gloria de-

initiis malos exitus habuit. quippe secundae res, *quae* sapientium animos fatigant, *magis huic offuerunt. — Prisc. III p 99 K. 'ne' quoque in eadem inuenitur significatione. Sallustius in Catilinario:* quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriae temperarent. *Ibd. p 503 'dum' —— est tamen etiam pro coniunctione repletiua ut —— et:* nedum illi corruptis moribus uictoriae temperarent. — *Cf Trebell. Poll. uita Claud. 11.*$_6$ secundis rebus elati, quae sapientium quoque animos fatigant.

4. *Cf Heges. V 24.*$_{60}$ paupertas probro habetur.

9. *Cf Dict. I 7* nihil pensi aut consulti patientes. — *Sulp. Seu. II 50.*$_2$ nihil pensi nihil sancti habuisse.

10. *Prisc. III p 370 K. Sallustius in Catilinario:* cum domos atque uillas uideas in urbium modum exaedificatas.

13. *Seru. ad Aen. I 378 'sum pius Aeneas' —— aut certe uetuste pietatem pro religione posuit. Sallustius in Catilina:* uerum illi delubra deum pietate, domos suas gloria decorabant. — *Prisc. II p 310 K. Sallustius in Catilinario:* domos suas gloria decorabant.

---

1 nedum **Hn** dum *ss m 2* $\mathbf{P^1P^2BTMs}$ 2 temperarent *X***NKlsnme** (ob *ss* **BNK**) obtemperarent **P**$^4$*Γ′* (temperarent *ss* **M** *corr* **F**) 4 sequebantur **Fn** sequebatur *rell* [cf Prol. p 168] ||rubescere (h *eras* ru *oblitt*) **N** e|||bescere (ru *eras*) **K** erubescere s e|||bescere caepit uirtus **K** 9 promiscua *ex* -mistuco **P**$^1$ promiscua habere nihilque **K** neque moderati **PB***Γ* atque mod. $\mathbf{P^1M^2T}$ (*corr*) **Dme** nihilque mod. $\mathbf{P^1P^2}$ neque quicquam mod. **n** 11 aedificatas $\mathbf{P^1MFn}$ ui$\overset{s}{g}$ere **l** 12 facere $\mathbf{NM^2}$ (bant *ss*)

corabant, neque uictis quicquam praeter iniuriae licentiam
eripiebant. at hi contra, ignauissumi homines, per sum- 5
mum scelus omnia ea sociis adimere, quae fortissumi uiri
uictores reliquerant; proinde quasi iniuriam facere, id
demum esset imperio uti. nam quid ea memorem, quae **13**
nisi iis qui uidere nemini credibilia sunt, a priuatis complu-
ribus subuorsos montis, maria constrata esse? quibus 2
mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiae; quippe quas honeste
habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. sed 3
lubido stupri, ganeae ceterique cultus non minor incesserat: uiri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere, uescendi causa terra marique omnia exquirere, dormire prius quam somni cupido esset, non famem aut sitim, neque frigus neque lassitudinem oppe-

6. *Adnot. sup. Lucan. (ed. Endt) II 677 'in medium d. Athon' — — —. sic Sallustius ait:* a priuatis conpluribus subuersos montes, maria constrata. *Ibd. VI 56 'Phrixeum elidere pontum' — —. hoc mare inmissa terra sublatum est, quod ait Sallustius:* a priuatis conpluribus subuersos montes, maria constrata esse.

7. *Arus. VII p 451 K. 'abutor illam rem', Sal. Bel. Catil.:* quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiae; quippe quas habere honeste licebat, abuti per turpitudinem properabant. — *Prisc. III p 320 K. Attici 'κατακέχρησαι ταύτῃ' καὶ 'ταύτην'. — — Sallustius in Catilinario:* quippe quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant.

11. *Cf Curt. VI 6.8* spadonum greges, et ipsi muliebria pati adsueti, sequebantur. — *Firm. Mat. de err. prof. rel. 4.2* uidere est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria: uiros muliebria pati. — *Augustin. ciu. D. VI 8* uiros muliebria pati non est secundum naturam, sed contra naturam.

---

1 licentiam *bis scr, semel exp* **K** 3 fortissimi homines (uiri *ss*) **e** 4 reliquerunt *γ* perinde [**PN**]**KD** (pro *ss*) 5 nam ea quid **K** 6 quidere (ui *ss*) **P**[1] uideri **P** nemini sunt credibilia **P**[1] 7 constructa (constrata. extenta *ss*) **P**[4] constrata *corr* **KD** extenta *ss* **P**[1]**B** 9 pro turpitudine **D** (per -nem *ss*) **MF** 10 stupri et ganeae **n** 11 uiri [**KTD**]s uiros *rell* muliebria *in ras* **B** 12 terra (q, *add*) marique **B** 13 cupido somni *γ* 14 famen **n** non sitim **KH***γ***s** aut lassitudinem neque sitim neque frigus **P**[4] neque frigus *om* **F**

4 riri, sed ea omnia luxu antecapere. haec iuuentutem,
ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant.
5 animus inbutus malis artibus haud facile lubidinibus ca-
rebat; eo profusius omnibus modis quaestui atque sump-
tui deditus erat.

**14** In tanta tamque corrupta ciuitate Catilina, id quod
factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque faci-
norum circum se tamquam stipatorum cateruas habebat.
2 nam quicumque inpudicus, adulter, ganeo manu, uentre,
pene bona patria lacerauerat, quique alienum aes grande
3 conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret, praeter-
ea omnes undique parricidae, sacrilegi, conuicti iudiciis
aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus
atque lingua periurio aut sanguine ciuili alebat, postremo
omnes quos flagitium, egestas, conscius animus exa-
4 gitaba⟨n⟩t, ii Catilinae proxumi familiaresque erant. quod
si quis etiam a culpa uacuus in amicitiam eius inciderat,

6. *Augustin. ciu. D. III 2 unde enim coniuratio Catilinae* in tanta tamque corrupta ciuitate *habuit etiam eorum grandem copiam,* quos manus adque lingua periurio aut sanguine ciuili alebat.

7. *Eugraph. ad Eun. V $6_{17}$ 'itane lepidum tibi uisum est nos irridere scelus' hoc est 'tu scelus' id est scelerata: sic enim res ipsa ponitur pro persona, ut Sallustius:* ad hoc facinorum circum se tamquam stipatorum cateruas habebat.

9. *Fronto ed. Nab. p 153 Sallustius:*. . . quique manu, uentre, pene bona patria lacerauerat. — *Augustin. princip. dial. 7 unde enim fit quod non offenditur aurium castitas, cum audit:* manu, uentre, pene bona patria lacerauerat.

1 luxu accipere **n** antecapere luxu **e** 2 accendebant (in *ss*) **B** 4 ||||| modis omnibus (omnibus *eras et post add m 2*) **B** quaest ||| tui **P** 6 in tanta itaque tamque [**P¹**]**P²B** in tanta igitur tamque **T** in tam namque **D** (*corr*) 7 actu **Kn** flagitiosorum atque facinorosorum [**N**]**KH**[**M²Tlm**] 9 impudicus adulter ganeo manu uentre pene *Y***snme** imp. ad. manu uentre (ganeo *et* pene *ss m2*) **P** imp. ad. alea (ganeo *ss*) m. u. p. **P¹** imp. ad. ganeo alea m. u. p. **P²** imp. ad. ganeo manu (*lacuna 4 litt.*) alea u. p. **B** imp. ad. alea ganeo m. u. p. **P⁴** imp. ad. manu u. p. **l** 10 lacerauerant **l** 16 exagitabat *Ω'* [*cf Prol. p 168*] 17 *post* siquis *ras 4 litt.* **B**

cottidiano usu atque illecebris facile par similisque cete-
ris efficiebatur. sed maxume adulescentium familiarita- 5
tes adpetebat; eorum animi molles etiam et fluxi dolis
haud difficulter capiebantur. nam ut cuiusque studium 6
ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque
equos mercari; postremo neque sumptui neque modestiae
suae parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret.
scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuuentutem, 7
quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pu-
dicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam quod
cuiquam id conpertum foret, haec fama ualebat.

Iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra **15**
fecerat, cum uirgine nobili, cum sacerdote Vestae, alia
huiusce modi contra ius fasque. postremo captus amore 2
Aureliae Orestillae, cuius praeter formam nihil umquam
bonus laudauit, quod ea nubere illi dubitabat timens pri-

1\. *Arus. VII p 507 K. 'similis illi' — — — Sal. Catil.:* similisque ceteris efficiebatur.

6\. *Cf Lamprid. uit. Commod. 2.₇* neque umquam pepercit uel pudori uel sumptui.

8\. *Non. p 433.₁₈ M. 'iuuentus' et 'iuuenta' et 'iuuenilitas' differunt hoc. — — idem in Catilina:* scio fuisse nonnullos qui ita existumarent iuuentutem, quae domum Catilinae frequentabant.

12\. *sqq. Cf Flor. II 12.₁* Catilinam luxuria primum, tum hinc conflata egestas rei familiaris, simul occasio, quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria consilia opprimendae patriae suae conpulere. — *Valer. Max. IX 1.₉* uerum praecipue Catilinae libido scelesta: nam uesano amore Aureliae Orestillae correptus cum unum impedimentum uideret, quo minus nuptiis inter se iungerentur, filium suum, quem et solum et aetate iam puberem habebat, ueneno sustulit, protinusque ex rogo eius maritalem facem accendit ac nouae maritae orbitatem suam loco muneris erogauit.

---

3 molles etiam et fluxi *Π*l (aetate *ss m2* **P¹**) molles aetate et fl. *Σ***H** molles et aetate fl. *Υ***snme** (animi *ss*) 5 alii (s *add*) **P¹** 6 sumptu (i *add*) **P** 8 aestimarent **K***Γ* 9 frequentabat *ex*-bant **me** 10 quod *exp* **N** *eras* **me** *om* *Γ***lsn** 12 primo **P¹** pridem *Γ* nefanda^que **K** strpra **P** 13 cum uestae sacerdote cum uirgine nobili **M²** (*sign. transp.*) **T[m]** alia (et *ss*) **N** aliaque **T** 15 aurel||| **l** 16 quod ea *Χ***M²Hnme** qui quod ea *Υ***ls** dubitat **m**

uignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio ua-
3 cuam domum scelestis nuptiis fecisse. quae quidem res
mihi inprimis uidetur causa fuisse facinoris maturandi.
4 namque animus inpurus, dis hominibusque infestus, ne-
que uigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscien-
5 tia mentem excitam uastabat. igitur colos ei exanguis,
foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in
facie uoltuque uecordia inerat.

**16** Sed iuuentutem, quam, ut supra diximus, illexerat,
2 multis modis mala facinora edocebat. ex illis testis sig-
natoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula
uilia habere; post ubi eorum famam atque pudorem ad-
3 triuerat, maiora alia imperabat. si causa peccandi in

6. *Prob. IV p 15 K. 'color coloris', quamuis Sallustius:* igitur colos exsanguis. *Ibd. p 23 nam producta 'colos coloris' Sallustius:* igitur colos exsanguis. — *Sacerd. VI p 446 K. rationales duodecim* — —: — — — igitur colos.

7. *Donat. ad Eun. V 4.*$_{21}$ *'foedum' pro crudele. Sallustius:* foedi oculi. — *Seru. ad Aen. II 35 'foedare' dilacerare. foedum enim tam apud Vergilium quam apud Sallustium non turpe significat sed crudele, ut* — —: foedi oculi.

*Non. p 265.*$_{23}$ *M. 'citum' celer. Sallustius in Catilinae Bello:* citus modo, modo tardus incessus. — *Scholia Horat. ad serm. I 3.*$_{9}$ *'nil aeq. h. f. i.' ut Sallustius de Catilina:* modo citus, modo tardus incessus erat.

*Non. p 427.*$_{3}$ *'uultus' et 'facies' hoc distant.* — *Sallustius in Catilina:* prorsus in facie uultuque uaecordia inerat. — *Charis. Ip 211 K. 'prorsus' Sallustius in Catilina:* prorsus in facie uultuque uecordia inerat.

1 adulta *X*s adultum [**P**$^1$]**P**$^2$*Γ***lnme** 3 fuis|||se (e *eras*) **P** facinus matu|||da (maturandi *corr m2*) **P** maturandi facinoris **H** causa facinoris fuisse maturandi **n** 4 nam (que *add*) **P**$^1$ 5 potuit *Γ*[**m**] 6 uexabat [**P**$^4$]**D** (uasta *ss*) **MF** color *Ω'* color ei ex(s)anguis *Π***BKHM**$^2$**Dn** color eius ex(s). **P**$^4$*γ'***s** color ei sanguis **P**$^2$ (*corr*) colore exs. **N** color ||| (eius *ss*) exs. (e *eras*) **lm** 7 modo *semel* **P**$^1$**M**$^2$*γ* 8 in erat **B** 10 multa facinora (ulta *in ras*) **B** edocuit (edocebat *m2*) **P** docebat **HM**$^2$**Tm** (e *add*) & illis (ex *ss*) **ls** 11 signatoresque] que *ss* **P**$^1$**T** *om* **Nm** falsosque **P**$^4$**M**$^2$ commodabat **M**$^2$ commendabat (commendare *ss*) **T** 12 uilia *ex* uirila **P**$^1$

praesens minus suppetebat, nihilo minus insontis sicuti
sontis circumuenire ⟨et⟩ iugulare; scilicet, ne per otium tor-
pescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque
crudelis erat.
His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes 4
alienum per omnis terras ingens erat, et quod plerique
Sullani milites, largius suo usi, rapinarum et uictoriae ue-
teris memores ciuile bellum exoptabant, opprimendae rei
publicae consilium cepit. in Italia nullus exercitus, Cn. 5
Pompeius in extremis terris bellum gerebat, ipsi consula-
tum petenti magna spes, senatus nihil sane intentus: tutae
tranquillaeque res omnes, sed ea prorsus oportuna Catilinae.
Igitur circiter kalendas Iunias L. Caesare et C. Figulo **17**
consulibus primo singulos appellare; hortari alios, alios
temptare; opes suas, inparatam rem publicam, magna
praemia coniurationis docere. ubi satis explorata sunt 2
quae uoluit, in unum omnis conuocat, quibus maxuma
necessitudo et plurumum audaciae inerat. eo conuenere 3
senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cas-
sius Longinus, C. Cethegus, P. et Ser. Sullae Ser. filii, L.

1. *Prob. IV p 28 K. 'sons' non legi. Sallustius numero plurali utrumque:* insontis sicuti sontis. — *Sacerd. VI p 479 K. Sallustius numero plurali utrumque:* insontis sicuti sontis.

3. *Augustin. confess. II 5.11 nam et de quodam dictum est uaecordi et nimis crudeli homine, quod* gratuito potius malus adque crudelis erat; *praedicta est tamen causa:* ne per otium, *inquit,* torpescerent manus aut animus.

17. *Prisc. III p 305 K. nos quoque 'in unum' pro 'simul'. Sallustius in Catilinario:* in unum conuocat.

2 et *om* Ω′ [*cf Prol. p 179*] potium **K** 3 aut manus aut **M²Tnme** 6 sillani plerique milites **m** 7 usi *ex* usui **P¹** usu **n** memores ueteris **M²Tnme** 8 ciuile *ex* ciui **P** 9 fecit (cepit *ss*) **m** exercitus erat **n** 10 terris *ss* **B** ipsi||consula tū **P** 11 petenti **P¹P²K** petendi *rell* (petendi||| **P**) 13 iunii **HT** 14 primos **He** singulos *om* **NH** *in mg* **m** hortare alios aliosque **s** alios temptare alios opes **n** 18 primum Ω′ maximum **H** plurimum *ss uel corr* **NTDFm** auda‘ia **H** 19 autronius *in mg m2* antronius *in ras m3* **B** 20 P.(et *om*) Ser. **BMFsn** seruius filius sillae seruii filii **Hn** seruius filius sillae et seruii filii **s**

Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q.
4 Curius; praeterea ex equestri ordine M. Fuluius Nobilior,
L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius; ad hoc multi
5 ex coloniis et municipiis domi nobiles. erant praeterea
complures paulo occultius consili huiusce participes nobiles,
quos magis dominationis spes hortabatur quam inopia aut
6 alia necessitudo. ceterum iuuentus pleraque, sed maxume
nobilium, Catilinae inceptis fauebat; quibus in otio uel
magnifice uel molliter uiuere copia erat, incerta pro certis,
7 bellum quam pacem malebant. fuere item ea tempestate,
qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum eius consili fuisse; quia Cn. Pompeius, inuisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cuiusuis opes uoluisse contra illius potentiam crescere, simul confisum, si coniuratio ualuisset, facile apud illos principem se fore.

**18** Sed antea item coniurauere pauci contra rem publicam,
2 in quis Catilina fuit. de qua quam uerissume potero dicam. L. Tullo et M'. Lepido consulibus P. Autronius et P. Sulla designati consules legibus ambitus interrogati

7. *Charis. I p 99 K. 'necessitas' imperii est, 'necessitudo' sanguinis coniunctio. Sallustius tamen necessitudinem saepe pro necessitate ponit, nec umquam pro necessitudine necessitatem aut ipse aut quisquam ueterum.*

10. *Videas c. 11.5.*

16. *Diomed. p I 445 K. est et secunda anaphora, per quam elocutio non conuenienter respondens ad aliud refertur occulte, ut est apud Sallustium:* sed antea item coniurauere pauci, in quis Catilina fuit. de qua quam breuissime potero dicam. *hic 'de qua' intellegitur coniuratione.*

---

1 uuargunteiius **n** lecca **PP**$^2$**Bln** lega **P**$^4$ leca *rell* Q. *ante* Curius *om* **P**$^1$ *ss* **N** 5 paulo *ss* **e** huiusque **P**$^1$ huius||| (ce *eras*) **K** huius (ce *ss*) **M** 7 alia (qu *ss*) **BTe** aliqua **P**$^1$ (*corr*) **P**$^2$ 8 in||tio (i *eras* o *ss*) **B** 9 copia *ss* **e** erit **P** 10 malebat (n *ss*) **B** 13 potentiam illius **B** crescere potentiam *γ* 14 simul confisum — se fore *in mg* **B** sicut iuratio **P**$^1$ (*corr*) **Ml** si iur. **F** 17 in quibus *Ω'* 18 tullo *Π***NKlse** tullio *rell* m. lepido *Ω'*

poenas dederant. post paulo Catilina pecuniarum repe- 3
tundarum reus prohibitus erat consulatum petere, quod
intra legitumos dies profiteri nequiuerat. erat eodem 4
tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae,
egens, factiosus, quem ad perturbandam rem publicam
inopia atque mali mores stimulabant. cum hoc Catilina 5
et Autronius circiter nonas Decembris consilio communi-
cato parabant in Capitolio kalendis Ianuariis L. Cottam
et L. Torquatum consules interficere, ipsi fascibus correp-
tis Pisonem cum exercitu ad optinendas duas Hispanias
mittere. ea re cognita rursus in nonas Februarias consi- 6
lium caedis transtulerant. iam tum non consulibus mo- 7
do, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur.
quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, 8
eo die post conditam urbem Romam pessumum facinus
patratum foret. quia nondum frequentes armati conuene-
rant, ea res consilium diremit. postea Piso in citeriorem **19**
Hispaniam quaestor pro praetore missus est adnitente
Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cog-
nouerat. neque tamen senatus prouinciam inuitus dede- 2

13. *Cf Dict. III 21* perniciem machinati sunt.

14. *Prisc. III p 49 K. 'pro templo, pro curia, pro oculis'. Sallustius in Catilinario:* quodni maturasset pro curia signum sociis dare *'pro curia' dixit pro 'ante curiam'.* — *Albin. VII p 307 K. 'pro' in oppositione uel compositione localis et temporalis est:* — — pro curia signa sociis dare, *id est 'ante curiam'.*

18. *Cf Dict. V 9* adnitente atque administro Antenore.

1 dederunt (rant *ss*) **Tm** dedere **M**² peculiarum (*corr*) repetundarum |||| (rum *eras*) **P** 3 legitimas **N** nequiuerat **M**²[**T**] nequierit **n** nequiuerit *rell* 4 nobilissimae **PM**[l] (*corr m2* **PM**) 5 facti||osus (di *eras*) **P** 7 antonius **B** (*corr*) decembras **P** decembris *uel* decēb *rell* 8 ianuarii **H** iañ *plerique codd* cortam **P**¹ (*corr*) tortam **P**² coctam **Bnme** cotam **K** 9 fascibus *ss* **B** 10 ad *ss m2* **P** 11 ea re *ss m2* **P** febroarias **P**¹ 12 tunc **P** 14 quod catilina nisi maturasset **n** sociis *om* **e** 15 pessimam **P** 16 conuenerant — quod eum *in mg m2* **P**¹ 19 eo quod **M**²**TM** 20 inuitus de *in mg* **N**

rat, quippe foedum hominem a re publica procul esse uolebat, simul quia boni complures praesidium in eo putabant,
3 et iam tum potentia Pompei formidolosa erat. sed is Piso in prouincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu
4 ductabat, iter faciens occisus est. sunt qui ita dicant, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequiuisse
5 pati; alii autem equites illos, Cn. Pompei ueteres fidosque clientis, uoluntate eius Pisonem aggressos; numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeua multa antea perpessos. nos eam rem in medio relinque-
6 mus. de superiore coniuratione satis dictum.

**20** Catilina ubi eos, quos paulo ante memoraui, conuenisse uidet, tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore credens uniuorsos appellare et cohortari, in abdi-

3. *Schol. Hor. ad carm. II 17.*$_{18}$ *'formidolosus' timendus quod naturaliter formidandus sit. Sallustius:* etiam tum potentia Cn. Pompei formidolosa erat.

8. *Agroec. VII p 122 K. 'praeterea' temporis praeteriti, Sallustius:* numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse.

10. *Cf Sulp. Seu. chron. I 28.*$_{7}$ nos eam rem ut parum compertam in medio relinquemus.

13. *Arus. VII p 486 K. 'in rem est' pro utile est, Sal. Catil.:* in rem fore credens.

1 a re||cul (p *eras* pro *ss m2*) **P** 2 uolebant (n *del*) **m** quam plures **M²Tne** in eo putabant *ss m2* **P** 3 pompei|| (o *eras*) **P¹** gn. pompei *in mg* **n** sed ||| piso (his *eras*) **P** 4 in prouincia **P⁴***Y***sm** in prouinciam *X***NFlne** equi|||tibus (ta *eras*) **P** in exercitum **P¹M²F** 5 i||ter (n *eras*) **P** dicant *X* (u *ss* **B**) **Nm** dicunt **P⁴***Y* (dictant *corr* **K**) **lsne** 6 superba *ex*-ia **P¹** 7 pompei *om* **n** 8 uoluntate|| (m *eras*) **B** numquam et **n** 10 multo **N** ante **M²TMm** relinquimus **Hl** derelinquemus **nm** 11 superiori*y′* satis *ss* **B** dictum] est *ss* **BNM²Tl** dictum est **D** 12 commemoraui **M²ne** 13 saepe *om* **e** egerat cum tamen **N** 14 in re **m** in re|||(m *eras*) **e**

tam partem aedium secedit, atque ibi omnibus arbitris
procul amotis orationem huiusce modi habuit:
'Ni uirtus fidesque uestra spectata mihi forent, nequi- 2
quam oportuna res cecidisset; spes magna dominatio in
manibus frustra fuissent, neque ego per ignauiam aut
uana ingenia incerta pro certis captarem. sed quia mul- 3
tis et magnis tempestatibus uos cognoui fortis fidosque
mihi, eo animus ausus est maxumum atque pulcherrumum
facinus incipere, simul quia uobis eadem quae mihi bona
malaque esse intellexi; nam idem uelle atque idem nolle, 4
ea demum firma amicitia est.

1. *Cf Curt. VI 11.*$_{12}$ in intimam deuorsorii partem secessit et remotis arbitris in multam noctem quaestionis expectauit euentum.

*Schol. Hor. ad epod. V 50 'arbitrae' consciae testes. Sallustius:* atque ibi procul amotis arbitris.

3 *sqq. Quintil. III 8.*$_{45}$ *sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia sed indignatione uideatur audere.*

3. *Seru. ad Geo. I 260 'multa forent quae mox caelo p. s. m. d.' — — — nam 'foret' et praeteritum et praesens et futurum complectitur. Sallustius:* ni uirtus fidesque uestra spectata mihi foret, *id est esset.*

10. *Don. ad Hec. I 2.*$_{95}$ *'par ingenium nactus est' par ingenium eandem uoluntatem. Sallustius — — — idem alibi:* nam idem u. a. i. n., e. d. f. a. o. — *Apoll. Sidon. ep. V 3.*$_{2}$ *namque, ut Crispus uester affirmat:* idem uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia est. — *Hieron. ep. 130.*$_{12}$ *saecularis quoque sententia est:* eadem uelle et eadem nolle ea demum firma amicitia est. — *Cf Hieron. adu. Ruff. III 9* si unum credimus, si idem et uolumus et nolumus, ex quo firmas nasci amicitias etiam Catilina testatur. — *Augustin. de amic. 2* uel iudicant iustius idem uelle et idem nolle sibi existimantes amicitiae legibus imperari. *Ibd. 3* ubi talis amicitia est, ibi idem uelle et idem nolle.

---

1 secessit *m2* **BKme** 2 huiuscemodi orationem **P**$^{4}$**T** o rationem **K** 3 fidesque *ex* fidesquam **P**$^{1}$ expectata (probata *ss m2*) **P** foret **V**[**P**]**P**$^{4}$**n** forent *rell* [*cf Prol. p 169*] nequiquam *ex*-que **P**$^{1}$ 5 fuisset **Fm** 8 est ausus *γ* (*sign. ransp. add* **D**) 9 quae *om* **N** *ss* **m** 10 atque mala **m** esse *ss* **P**$^{4}$ *om* **Tn** intellexi esse **e** idem *ante* nolle *om* **M**$^{2}$**Tme** 11 ea dem infirma **P** (*corr*)

5 Sed ego quae mente agitaui, omnes iam antea diuorsi
6 audistis. ceterum mihi in dies magis animus accenditur,
cum considero, quae condicio uitae futura sit, nisi nosmet
7 ipsi uindicamus in libertatem. nam postquam res publi-
ca in paucorum potentium ius atque dicionem concessit,
semper illis reges, tetrarchae uectigales esse; populi, na-
tiones stipendia pendere; ceteri omnes, strenui, boni, no-
biles atque ignobiles, uolgus fuimus, sine gratia, sine auc-
toritate, iis obnoxii, quibus, si res publica ualeret, formi-
8 dini essemus. itaque omnis gratia, potentia, honos, di-
uitiae apud illos sunt aut ubi illi uolunt; nobis reliquere
9 pericula, repulsas, iudicia, egestatem. quae quo usque
tandem patiemini, o fortissumi uiri? nonne emori per uir-
tutem praestat quam uitam miseram atque inhonestam,
ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere?
10 uerum enimuero, pro deum atque hominum fidem, uic-

2. *Saccrd. VI p 446 K. causales uiginti et sex* — — — — ceterum mihi in dies magis auxiliorum.

13. *Cf Heges. V 27.*$_{33}$ nonne praestat mori per uirtutem quam uiuere ad ignominiam?

16. *Prisc. III p 49 K. 'pro' — — nec non etiam interiectionis loco poni-*

---

1 quae |||| mente **m** quae mente frequenter mente uersaui agitaui (frequenter mente uersaui *lin.exp et* haec glosa est *ss m2*) **P** diuersis (s *del*) **P**$^{1}$ 2 magis magisque **V** magis *vell* magis *ss* **T** in dies mihi magis **MF** animus magis **m** 3 considero quae *ss* **P**$^{1}$**l** cumq; condicio **N** 4 ipsi **V**[**PP**$^{2}$] ipsos $\Omega'$ uendicamus [**N**]**H**[**D**]**s** in libertatem uindicamus **M**$^{2}$**T**[**m**] 5 potentiam **M**$^{2}$**T** (*corr*) **Fm** condicionem **T** ||| dicionem **M**$^{2}$ di||tionem (c *eras*) **Bl** 6 tetrac(h)ae **B** (r *ss*) **M**$^{2}$ populi et nationes **n** 7 pondere **K** boni atque strenui nobiles et ignobiles **V** strenui boni nobiles atque ignobiles $\Omega'$ (et *sup* atque *m2* **P**) boni *om* **B** strenui boni atque nobiles ign. **T** 11 relinquere **PP**$^{2}$**B** (n *eras*) reliquerunt **n** repulsas nobis reliquere pericula iudicia **M**$^{2}$**Tme** nobis peric. rel. repulsas iudicia $\gamma$ 12 repulsas *ex*-sa **P**$^{1}$ quo *ss* **B** 13 o fortissimi **V**$\Sigma\Gamma$**lsn** *o ss* **P** *add* **P**$^{1}$ *om* **Nme** 14 uitam] hanc *ss* **P**$^{1}$ miseram uitam **K** atque *om* **M**$^{2}$ *ss* **T** 15 fueris] itis *ss* **P**$^{1}$**H** ti *ss* **F** fueritis **nm** (*corr*) fuerimus **M**[**m**] 16 hominem **V**

toria in manu nobis est, uiget aetas, animus ualet; contra
illis annis atque diuitiis omnia consenuerunt. tantum-
modo incepto opus est, cetera res expediet. etenim quis 11
mortalium, cui uirile ingenium est, tolerare potest illis
diuitias superare, quas profundant in extruendo mari et
montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad
necessaria deesse? illos binas aut amplius domos conti-
nuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse? cum 12
tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia ae-
dificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt,
uexant, tamen summa lubidine diuitias suas uincere ne-
queunt. at nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala 13
res, spes multo asperior. denique quid reliqui habemus
praeter miseram animam?

Quin igitur expergiscimini? en illa, illa quam saepe op- 14
tastis libertas, praeterea diuitiae, decus, gloria in oculis
sita sunt; fortuna omnia ea uictoribus praemia posuit.
res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica ma- 15
gis quam oratio mea uos hortantur. uel imperatore uel 16
milite me utimini: neque animus neque corpus a uobis

*tur et circumflectitur. ut Sallustius in Catilinario:* pro deum atque hominum fidem. *Ibd. p 364 Sallustius in Catilinario:* pro deum atque hominum fidem, uictoria nobis in manu est.

5. *Schol. Hor. ad carm. II 18.*$_{21}$ *'submovere l.' effusionem diuitum culpat ut Sallustius:* qui diuitias suas profundunt in extruendo mari et montibus coaequandis.

---

1 uobis **V**[*Π*$\mathbf{P}^2$]**Bn** nobis *rell* 2 annis illis **n** 4 ingenium inest $\mathbf{P}^1$**N** ingenium] est *ss* **e** 5 perfundant **B** profundunt **Te** (*corr*) 6 etiam ad — familiarem *in mg m2* **P** 8 ull$\overset{u}{a}$m **N** unum **n** 13 habeamus **P** (*corr*) 15 expergescimini $\mathbf{M}^2$**TM** en *om* **V** *ss* $\mathbf{P}^1$ illa *bis* $\mathbf{P}^1\mathbf{P}^2\mathbf{P}^1$**Nsn** *semel eras* **Ke** *semel om* **PB** (*ss*) *Γ* **lm** optatis liberas **P** (*corr*) 17 ea omnia **De** omnia *ss* **m** 19 hortantur **VP** hortentur [**P**] *rell* 20 utimini *X***NH**$\mathbf{M}^2$**Mlsne** utemini **V**[**P**]**KTD**[**M**]**Fm**[**e**] aberit a uobis $\mathbf{P}^4$**e**

17 aberit. haec ipsa, ut spero, uobiscum una consul agam, nisi forte me animus fallit, et uos seruire magis quam imperare parati estis.'

**21** Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quieta mouere magna merces uidebatur, tamen postulauere plerique, ut proponeret, quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent, quid ubique opis
2 aut spei haberent. tum Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum atque lubido uictorum fert;
3 praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumuentum; cum eo se consulem ini-
4 tium agendi facturum. ad hoc maledictis increpabat omnis bonos, suorum unum quemque nominans laudare;

18. *Prisc. III p 304 K. Sallustius in Catilinario:* unum quemque nominans laudare.

1 uobis com (cum *corr*) una **P** nobiscum (u *ss*) **P**$^1$ una uobiscum **n** una *ss* **m** exagam **P**$^1$ 2 ni forte **NM**$^2$**Tnme** animus me **MF** me *ss* **m** magis seruire **HF** imperare *ex* parare **e** parare *pro* parati **l** 4 omnes **KH** (homines *in mg*) homines in quibus **Tm** 5 neque spes neque res **K**$\gamma$ bona ulla *ss* **P** bona *ss* **H** 6 postulare **P**$^1$**P**$^4$**nme** (postulauere *corr* **P**$^1$**P**$^4$**me**) 8 quae *ss* **B** armis praemia **M**$^2$**Tnme** 9 tunc **Pn** nouas tabulas **F** nouas *om* **l** 10 proscriptiones **l** locuple||| tium (ta *eras*) **K** locupletum **P**$^4$**ln** 11 aliena omnia [**P**$^1$]**P**$^2$ uictorum libido **P**$^1$**P**$^2$**P**$^4$ libido *ss* **H** 12 pos|||sone **P** (*corr*) sittium **PP**$^1$(*ex* satium) **BKM**$^2$**nme** sitium **P**$^2$$\Gamma$**ls** scitium **P**$^4$ 14 praeterea petere [**K**]**nme** adhaec *in ras ex* praeterea **T** et petere **M** collegam *bis* **n** 15 sperare: (bat *ss*) **m** sperabat **M**$^2$**T** (*corr*) **l** et *ante* familiarem *eras* **T** *om* **M**$^2$$\gamma$ 16 eo *ss* **K** se *om* **P** *ss* **B** *exp* **D** consule || (m *eras*) **NKDme** consule $\gamma$**l** 17 increpat **KM**$^2$**nm**

admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, com-
pluris periculi aut ignominiae, multos uictoriae Sullanae,
quibus ea praedae fuerat. postquam omnium animos 5
alacris uidet, cohortatus, ut petitionem suam curae habe-
rent, conuentum dimisit. fuere ea tempestate, qui dice- **22**
rent, Catilinam oratione habita, cum ad ius iurandum po-
pularis sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem
uino permixtum in pateris circumtulisse: inde cum post 2
execrationem omnes degustauissent, sicuti in sollemnibus
sacris fieri consueuit, aperuisse consilium suum, atque eo
ita fecisse, quo inter se fidi magis forent alius alii tanti fa-
cinoris conscii. nonnulli ficta et haec et multa praeterea 3
existumabant ab iis, qui Ciceronis inuidiam, quae postea
orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui

1 *Arus. VII p 455 K. 'admonet illius rei', Sal. Catil.:* admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae.

5 *sqq. Cf Florus II* 12.$_4$ additum est pignus coniurationis sanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: summum nefas, nisi amplius esset propter quod biberunt. — *Lact. Plac. ad Theb. V 159 'nec de more cruor' non sacrificium secundum immolantium ritum factum est* — — —. Sallustius, cum Catilinam parricidium patriae cum coniuratis sancire monstraret, ait plenum humani sanguinis poculum circumtulisse et hinc omnes contra salutem patriae degustasse.

6. *Eugraph. ad Phor. I* 1.$_1$ *'amicus summus et popularis Geta': popularis tribus modis accipimus* — — — *'socius' ut in Sallustio:* cum ad iusiurandum popularis sui sceleris adigeret, *hoc est socios.*

*Don. in Phor. I* 1.$_1$ *'popularis' eiusdem condicionis gregisque. Sallustius:* popularis sceleris sui.

7. *Cf Pompon. Mela II 12* sauciant se qui paciscuntur exemptumque sanguinem ubi permiscuere degustant.

---

1 alium causa egestatis **n** egestatis alium alium cup. **K** 2 sullanae uictoriae **P**$^4$**F** 3 praedae ea fuerat **M**$^2$**T** fuerat *ex* fuit **P** 4 cohortat | **K** 5 fuere item ea **Fm** 6 oratione || (m *eras*) **P**$^1$ 7 adiceret Ω′ 9 degustassent **m** (ui *ss*) **e** sicut **NM**$^2$**F** sollemnibus] tati *ss* **P**$^1$ sollemptalibus (ni *ss*) **P**$^2$ 10 fieri solet **H** (*in ras*, consueuit *ss et eras*) **Fm** (consueuit *ss*) eo dictitare Ω′ (eo dictum est *corr* **N**) eo dicto re **M**$^2$**m** ideo dictās rēs **D** eo ita *Dietsch* [dictitare *e glossa superscripta* dict = dicunt *et* ita *exortum*] 11 fecisset (t *add*) **K** quod inter **P**$^2$ 13 aestimabant Γ′ (existi *ss* **T**) 14 lenire **K**

poenas dederant. nobis ea res pro magnitudine parum conperta est.

23 Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem cen-
2 sores senatu probri gratia mouerant. huic homini non minor uanitas inerat quam audacia: neque reticere quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus
3 neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. erat ei cum Fuluia, muliere nobili, stupri uetus consuetudo. cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montisque polliceri coepit
· et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret, postremo
4 ferocius agitare quam solitus erat. at Fuluia insolentiae Curi causa cognita tale periculum rei publicae haud occultum habuit, sed sublato auctore de Catilinae coniuratione quae quoque modo audierat compluribus narrauit.

3. *Non. p 310.₅ M. 'facinus' rursum scelus. Sallustius in Catilinae Bello:* sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius, natus haut obscuro loco, flagitis atque facinoribus coopertus. *Idem p 341.₁₆ 'locus' genus, nobilitas, dignitas. — Sallustius in Catilina:* natus haut obscuro loco.

5. *Agroec. VII p 119 K. 'gratia' et bonae et malae rei causa: nam sicut dicimus 'amicitiarum et beneficii gratia' ita Sallustius:* opprobrii gratia.

11. *Don. ad Phor. I 2.₁₈ 'modo non montes auri p.' Sallustius:* maria montesque polliceri coepit. — *Eugraph. ad Phor. I 2.₁₈ 'modo n. m. a. pollicens' quemadmodum dicitur:* maria montesque polliceri coepit, *quod significat plurima et ingentia.*

12 *Gell. VI (VII) 17.₇ atque illud quoque praetermittamus, quod Sallustius in Catilina scribit:* minari etiam ferro, ni sibi obnoxia foret.

1 par||um (u *eras*) **B** 3 in *ss* **K** conuentione **e** 4 atque *in mg* **H** *om* γ (*ss* **F**) **s** 5 senatu *ss* **P** probi **P** amauerant **P** mouerant] a *ss* **P¹P²Tm** amouerant *vell* 6 non min ||||| (*ras 7 litt.*) minor **l** 7 audierant **P¹** (n *del*) **l** (n *eras*) sua|||et (m *eras*) **P¹BP⁴N** sua et **P²** (met *ss*) **n** sua (met *eras et ss*) **m** ipsa **KH[T]**γ 9 nobili muliere **P⁴M²T** 11 glorians se maria **n** 12 ac minari **P¹** et *ante* min. *om* **m** ni sibi obn. **PBK** nisi sibi obn. **s** nisi obn. **P¹P²**γ**lnme** ni obn. **MF** 13 agitare ferocius **B** quam *ex* quē **P** aut fuluia **P²M** (*corr*) insolentia Ω′ (iae corr **N**) ex insol. **s** 14 periculum tale **l** 15 sublato *ex* -tum **e** 16 quae quoque modo **P¹NKM²sme** quae et quoque modo [**P¹**]**P²** quae et quomodo **BP⁴n** quae quomodo **P**γ′**l** quae ||||| **H**

Ea res inprimis studia hominum accendit ad consulatum 5
mandandum M. Tullio Ciceroni. namque antea pleraque 6
nobilitas inuidia aestuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum quamuis egregius homo nouos adeptus foret. sed ubi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere. igitur comitiis habitis consules declarantur **24**
M. Tullius et C. Antonius. quod factum primo popularis coniurationis concusserat. neque tamen Catilinae furor minuebatur, sed in dies plura agitare: arma per Ita- 2
liam locis oportunis parare, pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. ea tem- 3
pestate plurumos cuiusque generis homines adsciuisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis tolerauerant, post ubi aetas tantummodo quaestui neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. per eas se Catilina credebat posse 4
seruitia urbana sollicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere sibi uel interficere.

Sed in iis erat Sempronia, quae multa saepe uirilis au- **25**

1. *Seru. ad Aen. VIII 506 'mandatque insignia' —— uel 'mandat' tradit, ut dicimus mandari magistratum. Sallustius:* ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni.

14. *Arus. VII p 513 K. 'tolero illam rem' ——, Sal. Catil.:* quae primum ingentes sumptus stupro corporis tolerauerat.

20. *Fronto ed. Nab. p 110 (Hauler Rh. M. 54 p 165)* sed in eis erat Sempronia, quae multa saepe uirilis audaciae facinora commiserat. haec mulier genere atque forma, praeterea uiro, liberis satis fortunata fuit: litteris graecis (et *add m2*) latinis docta, psallere, saltare elegantius

---

2 mand ||||| (atum *ss*) **l** nam (que *ss*) **P**$^1$ 3 inuidiam **P**$^1$**P**$^2$**B** (*corr*) **n** aestimabat *X* (*corr* **B**) **n** et *ante* quasi *om* **me** 4 si ||||||||eum (consulem *eras*) **K** nouus homo **P**$^1$**MF** 5 atque *ss* **B** inuidiam atque superbiam postposuere **s** 7 plures **M**$^2$**T** (*corr*) **m** (*exp et* populares *ss*) *ss* **D** 10 parare *ex*-rere **P** suam aut **NKM**$^2$**TMme** (m *eras* **M**$^2$**Mme**) 11 quendam *om* **l** 13 plures **K** 15 toleuerant (ra *ss*) **B** 19 sibi *ss* **e** uer *pro* uel **P** 20 uiris **n**

2 daciae facinora conmiserat. haec mulier genere atque
forma, praeterea uiro atque liberis satis fortunata fuit,
litteris Graecis, Latinis docta, psallere [et] saltare elegan-
tius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumen-
3 ta luxuriae sunt. sed ei cariora semper omnia quam de-
cus atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parce-
ret, haud facile discerneres; lubido sic accensa, ut saepius
4 peteret uiros quam peteretur. sed ea saepe antehac fidem

quam necesse probae, multa alia quae instrumenta luxuriae sunt. sed ei cariora omnia quam decus. . . .

1. *Prisc. III p 286 K. illi 'γένει ποδαπὸς' καὶ 'γένος' — Sallustius in Catilinario:* haec mulier genere atque forma, praeterea uiro atque liberis satis fortunata fuit.

2. *Arus. VII p 473 K. 'fortunatus illa re', Sal.* ⟨*Catil.*⟩*:* uiro, liberis satis fortunata fuit. — *Eugraph. ad Andr. I 1.*$_{70}$ *'laudare fortunas meas' ubique fortunae attribuitur, quod boni filii sunt, ut et Sallustius:* praeterea uiro, liberis satis fortunata.

3. *Arus. VII p 464 K. 'doctus illa re', Sal. Catil.:* litteris graecis et latinis docta.

*Macrob. Sat. III 14.*$_{5}$ *quid enim ait Sallustius:* psallere, saltare elegantius quam necesse est probae? *adeo et ipse Semproniam reprehendit, non quod saltare sed quod optime scierit.* — *Seru. ad Aen. IV 62 'spatiatur ad aras' matronae enim sacrificaturae circa aras faculas tenentes ferebantur, quod cum quodam gestu fiebat. unde Sallustius:* saltare elegantius quam necesse est probae. *Idem ad Geo. I 350 'motus incompositos' i. e. saltationem aptam religioni nec ex ulla arte uenientem. Sallustius:* saltare elegantius quam n. e. probae. — *Eutyches V p 477 K. 'psallo' graecum psallis, ut Sallustius in Catilinario:* psallere et saltare elegantius quam necesse erat probae.

1 commisit (erat *ss*) **m** 2 uiro liberis **P**[1] (atque *ss*) **m** uiro atque liberis *Ω'* [cf Prol. p 129, 182] 3 graecis et latinis *X* **NM**[2]**Tlnme** gr. atque latinis *Y***s** psallere et *Ω'* saltare *Y***lsnme** et saltare *ss al.* **m K** cantare *X* (saltare *corr m2* **PB** *ss* **P**[1] 'saltare debet legi teste Seruio in commentario Virgilii' *in mg* **P**[1] saltare *in mg 'aduocato teste Seruio' sec. Dietsch* **P**[2]) 4 probae *ex* probate **P** probae et multa **m** instrumento **P** 5 sed et (et *del* ei *in mg*) **P**[1] cariora ei **P**[2] 6 fuere *corr* **KHe** *ss* **Dm** 7 libido **P***Y***lsme** libidine *X***n** + *m2* **P** (libidine figurate) **KHTDFl** si *pro* sic **P** 8 uiros *ss* **P**[2] pateretur **l**

prodiderat, creditum abiurauerat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. uerum ingenium 5
eius haud absurdum: posse uersus facere, iocum mouere, sermone uti uel modesto uel molli uel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.

His rebus conparatis Catilina nihilo minus in proxumum 26
annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se ex uoluntate Antonio usurum. neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. neque illi tamen ad cauendum dolus aut astutiae 2
deerant. namque a principio consulatus sui multa pollicendo 3
per Fuluiam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoraui, consilia Catilinae sibi proderet; ad hoc 4
collegam suum Antonium pactione prouinciae perpulerat, ne contra rem publicam sentiret; circum se praesidia amicorum atque clientium occulte habebat. postquam dies 5
comitiorum uenit, et Catilinae neque petitio neque insidiae, quas consulibus in campo fecerat, prospere cessere, constituit bellum facere et extrema omnia experiri, quoniam quae occulte temptauerat aspera foedaque euenerant.

Igitur C. Manlium Faesulas atque in eam partem Etru- 27
riae, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum,

10. *Augustin. ep. 167.₆ nunc enim eam dico astutiam, quae usitatius in malitiosis intellegi et uocari solet, non sicut loqui nostra scriptura consueuit, quae saepe astutiam in bono ponit, unde est 'astuti ut serpentes' — —. quamquam et apud illos romanae linguae disertissimus dixerit:* neque illi tamen ad cauendum dolus aut astutia deerat, *astutiam ponens in bono.*

1 perdiderat *Γ*(—**F**) obiurauerat **PD** consci||||a (enti *eras*) **N** 2 praeceps *ex*-ces **P** 3 obscurum (obsurdum *ss*) **K** 5 facetiae sales multusque *Γ* (sales *eras* **M**²) sales *ss* **m** 6 comparatus (i *ss*) **P**¹ 8 antonio nostro **K** antonii **s** 10 illi tum ad **H***γ* (*corr* **F**) **s** astitutiae **P** 13 commemoraui *Υ*(-**N**) cansilia **P** proderat **n** 15 R. P. *in ras* **B** sentiret] de *ss* **P**¹ dis *ss* **e** desentiret **P**² (de *eras*) **B** 16 elientum *Υ*(-**N**) 17 uenit ac *Γ*′ petitiones *Υ*(-**N**) **s** 18 consuli [**P**¹] *Σ***n** in campo *del* **P**¹ *om* *Σ***n** *in ras al. m* **m** concessere **B** 22 et septimium **n** septimum **B** (i *ss*) **M**²**M** (i *ss*) **l** amertem **K**

C. Iulium in Apuliam dimisit, praeterea alium alio, quem
ubique oportunum sibi fore credebat. interea Romae
2 multa simul moliri: consulibus insidias tendere, parare
incendia, oportuna loca armatis hominibus obsidere;
ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari uti semper
intenti paratique essent; dies noctisque festinare, uigi-
3 lare, neque insomniis neque labore fatigari. postremo,
ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte
coniurationis principes conuocat per M. Porcium Laecam,
4 ibique multa de ignauia eorum questus docet se Manlium
praemisisse ad eam multititudinem, quam ad capiunda
arma parauerat, item alios in alia loca oportuna, qui
initium belli facerent, seque ad exercitum proficisci cu-
pere, si prius Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis
28 multum officere. igitur perterritis ac dubitantibus ce-
teris C. Cornelius eques Romanus operam suam pollici-
tus et cum eo L. Vargunteius senator constituere ea nocte
paulo post cum armatis hominibus sicuti salutatum in-
troire ad Ciceronem ac de inprouiso domi suae inparatum
2 confodere. Curius ubi intellegit, quantum periculum con-
suli inpendeat, propere per Fuluiam Ciceroni dolum qui

6. *Seru. ad Geo. I 287 'nocte' — —. nam aduerbium 'noctu' facit sicut 'diu' Sallustius:* diu noctuque laborare, festinare. [*an ad J* $70._1$ *aut locum quendam Historiarum pertinet?*]

1 |||misit (di *eras*) **P**$^1$ misit **P**$^2$**B** praeter$^{\text{ea}}$ **m** 2 fore sibi credebat **M**$^2$**me** sib cred. fore **T** sibi *om* **n** 3 multa simul *X***NKHL** multa sibi **P** multas simultates **M**$^2$**TMs** simul *om* **Dm** hic interea romae simultates malas moliri **F** consuli **B** 6 paratique] que *ss* **P**$^1$ *add* **M** *om* **F** 7 insomnis **P**$^1$(i *ss*) **P**$^4$**KM**$^2$ fatigare **K** 8 ubi *ss* **B** 9 participes (principes *ss*) **m** conuocatis (ans *corr*) **N** conuocans **e** conuocauit **m** 11 ad eam praemisisse multitudinem **P**$^2$ ad eam mult. praem. **H** 14 oppressissent *γ* (n *eras* **MF**) suis *ss* **m** 15 perterritis *ex* -tus **N** 19 inprouiso *ex* -uisu **P** domi||*ex* domu **P** domui **P**$^1$ (u *exp*) **l** [e] suae *eras* **Nm** 20 periculi **P**$^1$**P**$^2$**s** 21 impendit **M**$^2$ impendisset **n** impendat **m** (*corr*) per *ex* pro **P**$^1$

parabatur enuntiat. ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant. 3

Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul ac dolore iniuriae nouarum rerum cupidam, quod 4 Sullae dominatione agros bonaque omnia amiserat, praeterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.

Ea cum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo permotus, **29** quod neque urbem ab insidiis priuato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manli quantus aut quo consilio foret satis conpertum habebat, rem ad senatum refert iam antea uolgi rumoribus exagitatam. itaque, quod 2 plerumque in atroci negotio solet, senatus decreuit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet. ea potestas per senatum more Romano magistratui 3 maxuma permittitur: exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque ciuis, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere: aliter sine populi iussu nullius earum rerum consuli ius est.

Post paucos dies L. Saenius senator in senatu litteras **30**

22. *Pomp. V p 288 K. conlisio est, quotiens altera pars in alteram similitudinem litterarum uel coeperit uel finierit, id est si ab ea parte inchoet alia pars orationis, in quam desiit illa, aut certe si ab ipsis syllabis inchoent multae partes, ut* — — — Lucius Senius senator in senatu litteras recitauit.

---

1 ianua illi **N** ianuam **n** 6 cuiusque] que *ss* **P**[1] *intrus* **B** 7 nonnullas (*uel*-is) exulanas (nonnullos exillanis *corr m2*) **P** coloniis **P**[**P**[1]]**P**[2]**BM**[2]**lsn** colonis **P**[1]*Υ***m** 8 fecerat *Π***B** (n *ss*) fecerant [*Π*] *rell* 11 man||li **P** manili **P**[1] quantus *ex*-to **P** 14 decreuit ut darent **P**[2] ut *ss* **BHT** 15 detrimenti resp. cap. **MF** detr. cap. resp. **e** 18 coercere] cogere *ss* **P**[1] cogere *pro* coerc. **P**[2] modis *ss* **K** ciues *ss* **B** 19 summum *ex* suum **P** 20 sine |||| iussu (*ras 3 litt.* populi *in mg*) **B** populi iussu sine (*post add in mg*) **H** nulli [**P**[1]]*Σ*[**NHT**]**n** ius esse **K**

recitauit, quas Faesulis adlatas sibi dicebat, in quibus scriptum erat C. Manlium arma cepisse cum magna mul-
2 titudine ante diem VI kalendas Nouembris. simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nuntiabant, alii conuentus fieri, arma portari, Capuae atque in
3 Apulia seruile bellum moueri. igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam
4 circumque ea loca missi (hi utrique ad urbem imperatores erant, inpediti, ne triumpharent, calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta uendere mos erat),
5 sed praetores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum, iisque permissum, uti pro tem-
6 pore atque periculo exercitum conpararent; ad hoc, si quis indicauisset de coniuratione, quae contra rem publi-

6. *Non. p 484.13 M. 'senati' uel 'senatuis' pro senatus — — Sallustius Catilinae Bello:* igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, m̄ Tullius Creticus in Apuliam circumque ea loca missi.

8. *Seru. Honor. IV p 419 K. 'ad forum uenio' est ad forum accedo, 'in forum uenio' forum ingredior, ut sit illud prius propinquantis ad locum, hoc autem locum ipsum tenentis, sicut uidetur locutus esse Sallustius dicendo:* hi utrique ad urbem imperatores erant inpediti ne triumpharent calumnia paucorum. — *Seru. ad Aen. I 93 'duplices' duas —. nam duplices duos dicebant — — et utrosque pro utrumque — — —. item Sallustius cum de duobus loqueretur:* hi utrique ad urbem imperatores erant. — *Pseudoasc. ad Cic. Verr. II 17 'statim Romae et ad urbem' praeturae iu.. omnis enim magistratus, qui intramuranus non est nec urbanus, etiamsi administrator eius Romae est, 'ad urbem' dicitur. Sallustius:* ii utrique ad urbem imperatores erant.

---

2 man||lium **Pl** manilium **P**[1] 3 diem VII **s** nouembrium **P**[2]**Be** nouemb̄ *plerique codd* id *ante* quod *om* **Tm** 4 portenta atque alii prodigia **P**[4] port. alii prod. **M**[2]**m** 5 conuentus *ss al. m* **n** arma parari **K** capuae aut in apulia **KH** (in *ss*) 6 seruire **P** senati **PP**[4] senatus *rell* 7 in apulia **l** 8 missi sunt **P**[4] sunt *ss* **KT** hi *om* **P**[2]**Bn** 9 triumpharent *ex*-bant **B** 11 ruffus *ll*s 12 celerinus **n** permissum est **NKsn** ut **Ke** in tempore **K** 13 ad hoc] decreuere *ss* **K** 14 indicasset *γ***l** remp. fecta *ex* remperfecta **P**

cam facta erat, praemium seruo libertatem et sestertia
centum, libero inpunitatem eius rei et sestertia ducenta
[milia], itemque decreuere, uti gladiatoriae familiae Ca- 7
puam et in cetera municipia distribuerentur pro cuius-
que opibus, Romae per totam urbem uigiliae haberentur,
iisque minores magistratus praeessent.
Quis rebus permota ciuitas atque inmutata urbis fa- **31**
cies erat. ex summa laetitia atque lasciuia, quae diu-
turna quies pepererat, repente omnis tristitia inuasit:
festinare, trepidare, neque loco neque homini cuiquam sa- 2
tis credere, neque bellum gerere neque pacem habere, suo
quisque metu pericula metiri; ad hoc mulieres, quibus 3
rei publicae magnitudine belli timor insolitus in-
cesserat, adflictare sese, manus supplices ad caelum tende-
re, miserari paruos liberos, rogitare omnia, ⟨omni rumore⟩

7. *Fronto ed. Naber p 110* (*Hauler Rh. M. 54 p 163*) quis rebus permota ciuitas.

8. *Fronto ed. Naber p 110* (*Hauler Rh. M. 54 p 167*) laetitia lasciuiaq(ue), quae diuturna quies pepererat [q(ue) *fortasse deletum*].

14. *Fronto ed. Naber p 110—111* (*Hauler Rh. M. 54 p 169*) ⟨ad⟩f⟨lic⟩tar⟨e⟩ sese, manus supplices ad caelum tendere, mise⟨rari⟩ liberos, rogitare ⟨om⟩nia, omni rumor⟨e⟩ pauere, adripere omn⟨i⟩a superbia atq(ue) deliciis omissis, sibi patria⟨e⟩eq(ue) dif⟨f⟩idere.

1 facta fuerat **n** orta erat **M²T** (facta *ss*) praemium (praemia **F**) decreuere seruo *Γ***s** decreuere senatores *ss m 2* **P¹** decreuere *ss m2* **e** & ſ. c. *Π***BNHnm** et sextercia centum *in ras m2* **s** sestercia centum *eras* **le** (ducenta milia sextert *in mg*) et sestertia centum *om* **KM²TM** (& senatus consulto *in mg*) **F** (sestertiorum c *in mg*) et sesterciorum centum libero — et sesterciorum *al. m* **D** 2 libero *om* **MF** et s. (*ss* **P¹**) ter ducenta milia **PP¹** (sestertia *ss m2*) **Nl** (estercii *ss*) et sestertia ducenta milia **P²BHsne** (sestertiorum *m2*) et sestertiorum ducenta milia *Γ***m** et sestertiorum ter ducenta milia **P⁴K** (ter *eras*) et ter ducenta CC milia (ducenta *post scr* s. sesterciorum *ss*) **F** 3 itaque decreuere **B** 6 maiores **P** 8 et summa **K** et ex summa **H** 10 trepidare festinare **e** ne (c *ss*) homini **N** cuiquam homini **P⁴** cuiquam *om* **M²** 14 incessauerat **K** manus ad caelum supplices **e** 15 paruulos **e** re|||gitare (co *eras* o *ss*) **N** rogitare omnia pauere superbia *Ω′*

pauere, ‹adripere omnia› superbia atque deliciis omissis,
sibi patriaeque diffidere.
4 At Catilinae crudelis animus eadem illa mouebat, tam-
etsi praesidia parabantur, et ipse lege Plautia interro-
5 gatus erat ab L. Paulo; postremo dissimulandi causa aut
sui expurgandi, sicut iurgio lacessitus foret, in senatum
6 uenit. tum M. Tullius consul, siue praesentiam eius timens
siue ira conmotus, orationem habuit luculentam atque
7 utilem rei publicae, quam postea scriptam edidit. sed ubi
ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda om-
nia, demisso uoltu, uoce supplici postulare a patribus coe-
pit, ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita
se ab adulescentia uitam instituisse, ut omnia bona in
spe haberet; ne existumarent sibi, patricio homini, cuius
ipsius atque maiorum pluruma beneficia in plebem Roma-
nam essent, perdita re publica opus esse, cum eam seruaret
8 M. Tullius, inquilinus ciuis urbis Romae. ad hoc male
dicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque
9 parricidam uocare. tum ille furibundus 'quoniam quidem

2. *Arus. VII p 468 K. 'diffidit illi', —— Sal. Catil.:* sibi patriaeque diffidere.

11. *Prisc. II p 340 K. similiter 'ab hoc' et 'ab hac duplice' uel 'duplici', 'supplice' uel 'supplici' dicimus — — —. Sallustius in Catilinario:* demisso uultu, uoce supplici. *Ibd. 354 item.*

19. *Sacerd. VI p 446 K. rationales duodecim — — — —* quoniam quidem circ. u.

3 eadem *ss m2* **P** 4 plauscia **P** plautitia [**P**¹]*Σ* plautia *rell* 5 aut sui *Xl* (a *eras* et *ss*) **n** ut sui **P** et ut sui **NKDsme** et||sui **MF** ut et sui **M²T** (aut *ss*) et sui **H** 6 si||t (n *eras*) **P** si(cut *ss*) **P¹s** quasi *pro* sicut **l** 8 luculentiam **P** luculentem **B** 9 quam *ss* **P¹** 11 postulare a patribus **P⁴** a *om rell* 12 coepit ne] c. ne **P¹** (cepit *ss*) **m** c̄ ne (patres cepit *ss*) **e** ||| ne (c *eras* s. coepit *ss*) **N** neq. (uid *ss*) **B** 14 ne aestimarent *Ω′* nequid temere aest. **K** 15 maiorem (u *ss*) **B** 16 seruaret eam **H** seruare||t (n *eras*) **l** saluaret (seruaret *ss*) **e** 17 M. *ante* Tullius *om* **K** inquilinis (u *ss*) **P¹** 18 alia *ss* **P¹** strepere *γ* atque *ss* **B** 19 tunc **K**

circumuentus' inquit 'ab inimicis praeceps agor, incendi-
um meum ruina restinguam'. deinde se ex curia domum **32**
proripuit. ibi multa ipse secum uoluens, quod neque in-
sidiae consuli procedebant, et ab incendio intellegebat
urbem uigiliis munitam, optumum factu credens exerci-
tum augere ac prius quam legiones scriberentur multa an-
tecapere, quae bello usui forent, nocte intempesta cum
paucis in Manliana castra profectus est. sed Cethego **2**
atque Lentulo ceterisque, quorum cognouerat promptam
audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis
confirment, insidias consuli maturent, caedem, incendia,
aliaque belli facinora parent; sese propediem cum magno
exercitu ad urbem accessurum.

Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero 3
legatos ad Marcium Regem mittit cum mandatis huiusce
modi:

'Deos hominesque testamur, imperator, nos arma ne- **33**
que contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis
faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent,
qui miseri, egentes, uiolentia atque crudelitate faenera-
torum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis ex-
pertes sumus. neque cuiquam nostrum licuit more mai-

21. *Arus. VII p 470 K. 'expers illius rei' — — Sal. Bello Cat.:* fama atque fortunis expertes sumus.

---

1 inquid $\Pi$ $\mathbf{P^2n}$ agor praeceps (*sign. transp.*) **B** 2 resting(u)am **PNs** restringam $\mathbf{P^1P^2P^4Kl}$ (r *eras*) exsting(u)am **B**$l$**nme** 3 ipse *om* **H** *ss* **T** ipse secum ||||||oluens (ipse u *eras*) **P** 4 praecedebant **P** pcedebant **l** 5 uigiliis esse munitam **NK** 6 scriberentur multa antecapere *ss* $\mathbf{P^1}$ multo [**N**]**KH**$\gamma$**s** praeuenire antecapere **H** (praeuenire *exp*) $\mathbf{M^2}\gamma$ praeire antecap. (praeire *oblitt*) **s** 7 antecapere ea quae $l$**s** ea *ss* **m** 10 possunt **e** 14 geruntur romae $\mathbf{P^2}$ C. *ante* Manlius *om* **e** 15 ad marcium regem legatos mittit $\mathbf{P^4}$ legatos *ss m2* **F** marcum (i *ss*) $\mathbf{P^1T}$ (*sic uulgo*) regem rei mittit **K** 18 ||| cepisse $\mathbf{M^2m}$ concepisse **T** neque quod $\mathbf{NKM^2T}$ (quo *ss*) **m** 20 miseri (et *ss*) $\mathbf{P^1}$ 21 patria $\mathbf{VP^4}l$**nme** patriae $X$**N** (e *eras*) **ls** atque *om* **K** fortitudinis **s** 22 nostrum cuiquam **V**

orum lege uti neque amisso patrimonio liberum corpus
habere: tanta saeuitia faeneratorum atque praetoris fuit.
2 saepe maiores uestrum, miseriti plebis Romanae, decretis
suis inopiae eius opitulati sunt, ac nouissume memoria
nostra propter magnitudinem aeris alieni uolentibus om-
3 nibus bonis argentum aere solutum est. saepe ipsa plebs,
aut dominandi studio permota aut superbia magistratuum,
4 armata a patribus secessit. at nos non imperium neque
diuitias petimus, quarum rerum causa bella atque certa-
mina omnia inter mortalis sunt, sed libertatem, quam nemo
5 bonus nisi cum anima simul amittit. te atque senatum
obtestamur, consulatis miseris ciuibus, legis praesidium
quod iniquitas praetoris eripuit restituatis, neue nobis
eam necessitudinem inponatis, ut quaeramus, quonam
modo maxume ulti sanguinem nostrum pereamus'.

**34** Ad haec Q. Marcius respondit, si quid ab senatu petere uellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: ea mansuetudine atque misericordia senatum populi

3. *Gell. XX* $6._{14}$ *et idcirco inportunissime, inquit, fecerunt qui in plerisque Sallusti exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruperunt, nam cum ita in Catilina scriptum esset:* saepe maiores uestrum miseriti plebis Romanae, *'uestrum' obleuerunt et 'uestri' superscripserunt. ex quo in plures libros mendae istius indoles manauit.*

6. *Non. p* $390._{28}$ *M. 'soluere' debitum reddere. Sallustius in Catilinae Bello:* argentum aere solutum est.

10. *Seru. ad Aen. I 195 'bonum' etiam pro 'forti' dicit Sallustius — — —. item in Catilina:* sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit.

3 uestri **V**[**P**]**P**$^1$**P**$^4$ (nostri *ss*) **l** nostri [**P**$^1$**l**] *rell* miseriti **VPNM**$^2$ (i *eras*) **Tl** (i *eras*) **e** miserti *X***KMFsnm** miserati **H** miseritum **D** 6 aere (communi *ss*) **P**$^2$ aere communi **B** ipsa *ex* ipse **P**$^1$ illa **n** ples **PP**$^4$ 8 recessit **n** 11 amisit **n** 12 consulatis] ut *ss* **BTD** 13 neue uobis **V** 15 ulti *ex* ultum **P** maxime *ss m2* **P** ulti maxime **M** ulti sang. nostrum maxime per. **F** 16 ad senatum **P** ad senatu **P**$^1$ a senatu [**P**$^1$]**P**$^2$**Dn** 18 senatum p. r. **PP**$^1$ (pli romani *ss m2*) *Y***lsne** senatum populi romani **P**$^2$**P**$^4$ senatum p$^{li}$ r$^{ni}$ **B** senatum p. q. r. **m**

Romani semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiuerit.

At Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea 2
optumo cuique litteras mittit: se falsis criminibus circumuentum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiuerit, fortunae cedere, Massiliam in exilium proficisci, non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti res publica
quieta foret, neue ex sua contentione seditio oreretur. ab 3
his longe diuorsas litteras Q. Catulus in senatu recitauit, quas sibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum exemplum infra scriptum est.

'L. Catilina Q. Catulo. egregia tua fides, re cognita, **35**
grata mihi magnis in meis periculis, fiduciam commenda-
tioni meae tribuit. quam ob rem defensionem in nouo 2
consilio non statui parare; satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui, quam me dius fidius
ueram licet cognoscas. iniuriis contumeliisque concita- 3
tus, quod fructu laboris industriaeque meae priuatus statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum cau-

16. *Seru. ad Aen. IV 204 'media inter numina diuum' ac si diceret et 'diis testibus', ut Sallustius:* quam medius fidius ueram licet mecum recognoscas.

17. *Cf Dict. II 21* iniuriis contumeliisque laesa.

19. *Porphyr. ad Hor. carm. II 8.₆ ergo 'iuuenum publica' pro 'omnium iuuenum' dictum est, ut est apud Sallustium:* publicam miserorum

4 cuique optimo **n** 5 factione (i *ss*) **P¹e** restituere (sistere *ss*) **K** 6 cepere (de *ss*) **P¹** 7 non quo|| (d *eras*) **K** 8 oreretur **PN** (i *ss*) oriretur *rell* 9 quam (Q *ss*) quae catu¹lus **P¹** in senatum *X***n** 10 catilinae nomine **n** 12 l. catilina salutem dicit q. catulo **V**[**P**] l. catilina q. catulo **PP¹** (suo *ss*) **B** (salutem optat *ss m3*) **P⁴lsn** l. catilina suo q. catulo **P²** l. catilina salutem q. catulo **N***Γ***me** l. catilina q. catulo salutem **KH** (catulo salutem *ss*) 13 magnis *ex* magis **P¹** in magnis meis **V** in meis magnis **MF** meis *om* **n** 15 statui non parare **l** parare *ex* parere **P** 16 proponore **P** quam *ex* quem **P** 17 ueram **P¹** uera **P²** ueram||||licet (ihi *eras*) **P** licet ueram **P⁴HM²** (*sign. transp.*) 18 fructum **P¹**

sam pro mea consuetudine suscepi, non quin aes alienum
meis nominibus ex possessionibus soluere non possem (et
alienis nominibus liberalitas Orestillae suis filiaeque co-
piis persolueret), sed quod non dignos homines honore
honestatos uidebam, meque falsa suspicione alienatum
4 esse sentiebam. hoc nomine satis honestas pro meo
casu spes reliquae dignitatis conseruandae sum secu-
5 tus. plura cum scribere uellem, nuntiatum est uim
6 mihi parari. nunc Orestillam commendo tuaeque fidei
trado; eam ab iniuria defendas, per liberos tuos roga-
tus. haueto.'

**36** Sed ipse paucos dies conmoratus apud C. Flaminium
in agro Arretino, dum uicinitatem antea sollicitatam ar-
mis exornat, cum fascibus atque aliis imperi insignibus in
2 castra ad Manlium contendit. haec ubi Romae conperta
sunt, senatus Catilinam et Manlium hostis iudicat, cete-
rae multitudini diem statuit, ante quam sine fraude lice-

causam. — *Prisc. III 321 K. nostri quoque 'pro uiribus' id est 'secundum uires'. Sallustius in Catilinario:* publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi.

1 non qui||| (n *eras*) **N** non quia **Hls** (quin *ss*) **n** non quin *rell* (quia *ss* **BKF**) alienum aes **M**$^2$**Tnme** 2 ex possessionibus — alienis nominibus *om* **n** non possem **V***X* (non *eras* **B**) **NKlse** non *ss* **P**$^1$ *om* *Γ* (*ss* **DF**) **m** possem et **VP***Γ* (cum *ss* **T**) **l** (cum *ss*) **me** possem sed **P**$^1$ (possem et *m2* cum *ss*) **P**$^4$ (cum *ss*) possem sed et **P**$^2$**BN** possem et cum **K** possem cum et **Hs** possem cum (*in ras*) **F** 3 orestiliae **V** 4 quod indignos (non *ss*) **B** 5 honestatos *ex* -stas **P** honestos **P**$^1$ honestatus **K** meque *ex* neque **P**$^1$ 7 obseruandae **e** plur|||| (a *ss*) **n** plurima **m** 8 conscribere **P**$^1$ (cum *corr*) **P**$^2$**n** mihi uim **P**$^4$**M**$^2$**n** 9 orestillam tibi commendo **V** commendo—iniuria *ss al. m* **P**$^1$ commendo—defendas *in mg* **P**$^1$ 12 flaminium flammam **Nm** 13 arretino **P**$^1$ reatinio **P** reatino [**P**$^1$] *rell* 15 romae *ss* **B** 16 et catilinam et **M**$^2$**MF** iudica|||t (ui *eras*) **P** 17 multitudini *ex*-nem **P**$^1$ diem *ss m2* **P**$^1$ statuit diem **P**$^2$ liceret *ex* -bat **P** liceret ab armis discedere sine fraude *γ*

ret ab armis discedere praeter rerum capitalium condem-
natis. praeterea decernit, uti consules dilectum habeant, 3
Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet, Ci-
cero urbi praesidio sit.
Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo 4
maxume miserabile uisum est. cui cum ad occasum ab ortu
solis omnia domita armis parerent, domi otium atque
diuitiae, quae prima mortales putant, adfluerent, fuere ta-
men ciues, qui seque remque publicam opstinatis animis per-
ditum irent. namque duobus senati decretis ex tanta 5
multitudine neque praemio inductus coniurationem pate-

1. *Prob. IV p 149 K. 'praeter' significat et aduerbium, ut apud Sallustium:* praeter rerum capitalium condemnatis. — *Arus. VII p 499 K. 'praeter illis', Sal. Catil.:* ceterae multitudini diem statuit praeter rerum capitalium condemnatis. — *Cledon. V p 76 K 'praeter' uero lecta est et ablatiuo iuncta, ut Sallustius:* praeter rerum capitalium condemnatis. *Ibd. p 78 etiam 'praeter' antiqui utriusque casus appellabant praepositionem. inde Sallustius* :praeter *et q. s.* — *Pomp. V p 278 K. quod dixit etiam Sallustius 'praeter condemnatis'; iste enim dixit:* praeter rerum capitalium condemnatis. — *Prisc. III p 188 K. Sallustius in Catilinario:* praeter rerum capitalium condemnatis *pro 'condemnatos'. Ibd. p 343 et apud nos 'praeter' accusatiuo coniungitur et ablatiuo tamen, quando pro 'sine' accipitur, ut Sallustius in Catilinario:* praeter *et q. s. pro 'sine condemnatis'. Ibd. p 354 item.*

5. *Prisc. III p 348 K. nostri ad ablatiuum 'multo magis' et 'multo maxime' — —. Sallustius in Catilinario:* ea tempestate mihi imperium populi Romani multo maxime miserabile uisum est.

8. *Cf Sulp. Seu. dial. I 5.5* quae prima mortales putant esse.

10. *Charis. I p 22 K. quamquam ueteres omnia quartae declinationis ut secundae extulerunt, sicut Sallustius:* nam duobus senati decretis. *Ibd. p 539 item.* — *Cf Fragm. Bob. V p 555 K. nam legimus apud Lucretium et Vergilium 'terrai frugiferai' — —, apud Sallustium quoque:* duobus senati consultis *pro 'senatus'.*

1 discederet **n** praeter illis rerum cap. condemnatis **N** condemnatis *ex*-tos **P**[1] 2 delectum *Ω'* habeant delectum **P**[2] 3 mutaret **P** et cicero **P**[2]**P**[4] 4 praesidio urbi **n** 7 parerent *ex* paterent **me** domi|||| (& q; *eras*) **P** 8 affluerent *ex*-ere **P**[1] 10 duobus *ex* duo **P**[1] senati *Π***Nle**

fecerat, neque ex castris Catilinae quisquam omnium discesserat: tanta uis morbi atque uti tabes plerosque ciuium
37 animos inuaserat. neque solum illis aliena mens erat, qui conscii coniurationis fuerant, sed omnino cuncta plebes nouarum rerum studio Catilinae incepta probabat.
2 id adeo more suo uidebatur facere. nam semper in ciuita-
3 te quibus opes nullae sunt bonis inuident, malos extollunt, uetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura
4 aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno. sed urbana plebes, ea uero praeceps erat de multis causis.
5 primum omnium qui ubique probro atque petulantia maxume praestabant, item alii per dedecora patrimoniis amissis, postremo omnes quos flagitium aut facinus

2. *Fest. ed. Thewrek de Ponor p 542 'tabem' eam, quae faceret tabescere, apud antiquos usurpatam Sallustius quoque frequenter, ut in Catilina, cum ait:* uti tabes plerosque ciuium animos inuaserat.

7. *Don. ad Phor. II* $3._{11}$ *'uide auaritia quid facit' haec conuersus ad circulum et coronam circumstantium conqueritur et dicit: nulla enim re magis populus concitatur, quam si quis egenum contemnat. inde et Sallustius:* bonis inuident et malos extollunt, ⟨t⟩ atque sed etc.

10. *Fronto (Hauler Rh. M. 54 p 168)* quoniam egestas facile ⟨si⟩ne damno habetur. — *Cf Exsup.* $2._{12}$ quia egestas haud facile habetur sine damno.

12. *Arus. VII p 498 K. 'praestans illo', Sal. Catil.:* probro atque petulantia maxime praestabant.

13. *Sacerd. VI p 446 K. causales uiginti et sex* — — — — item alii per dedecora patrimoniis amissis.

---

1 patefacerat (e *ss*) **B** 2 discessera||t (n *eras*) **N** discesserint **M**$^2$ tanta uis — inuaserat *om* **l** atque ubi (atque uti *m2* sicut *ss*) **P**$^1$ atque uti ||||| (*ras 6 litt. in* ut *desinentium,* sicut?) **P**$^2$ atque *eras* **e** tabes *om* **P**$^2$ 4 qui conscii — cuncta plebs *in mg m1* **l** plebs **NFl** (*sic semper*) **n** 5 probaba||t (n *eras*) **P** 6 id ad confirmatiuum hic eo (confirmatiuum hic *linea subtracta del*) **l** id de more **s** uidebatur more suo **M**$^2$**ne** uid. suo more **Tm** 8 uetera *ex* -re **P**$^1$ 9 omnia mutari **M**$^2$**Tnme** 11 causis multis (*sign. transp.*) **l** 13 praestabat *Π***NKlsm** praestabant [**P**$^1$]*ΣΓ'*[**s**]**ne** alii per **P**$^1$ qui *ss*) **Mme** alii qui per *rell* (aliique per **F**) 14 atque facinus **m**

domo expulerat, ii Romam sicut in sentinam confluxerant.
deinde multi memores Sullanae uictoriae, quod ex gregar- 6
iis militibus alios senatores uidebant, alios ita diuites, ut
regio uictu atque cultu aetatem agerent, sibi quisque, si
in armis foret , ex uictoria talia sperabat. praeterea iuuen- 7
tus, quae in agris manuum mercede inopiam tolerauerat,
priuatis atque publicis largitionibus excita urbanum o-
tium ingrato labori praetulerat. eos atque alios omnis
malum publicum alebat. quo minus mirandum est ho- 8
mines egentis, malis moribus, maxuma spe rei publicae
iuxta ac sibi consuluisse. praeterea quorum uictoria Sul- 9
lae parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis immi-
nutum erat, haud sane alio animo belli euentum expecta-
bant. ad hoc quicumque aliarum atque senatus partium 10
erant, conturbari rem publicam quam minus ualere ipsi
malebant. id adeo malum multos post annos in ciuitatem 11
reuorterat. nam postquam Cn. Pompeio et M. Crasso **38**
consulibus tribunicia potestas restituta est, homines adu-
lescentes, summam potestatem nacti, quibus aetas ani-
musque ferox erat, coepere senatum criminando plebem
exagitare, dein largiendo atque pollicitando magis incen-
dere, ita ipsi clari potentesque fieri. contra eos summa 2

1. *Cf inuect. in Sall.* $5._{16}$ quo omnis sentina reipublicae confluxerat. — *Heges. IV* $6._3$ eo quasi in sentinam confluxerant.

16. *Arus. VII p 497 K. 'post' praepositionem accusatiui casus asserunt quidam interpositam fieri casus alterius — —. Sal. Bello Catil.:* multos post annos.

1 a domo **n** 4 cultu atque uictu **n** uitam (aetatem *ss*) **m** 6 merce **M**$^2$**e** de *ss* **NKHD** merce manuum **e** tolerauerat *ex*-abat **P** tolerauerant **T** (n *eras*) **e** (n *exp*) 7 atque *in mg* **B** 8 labori *ex* -re **N** 11 uictoriaè **P** 13 sane *ex* sana **P**$^1$ alio *bis, semel exp* **K** 14 aliarum quam **NKM**$^2$ (atque *ss*) **snme** atque *eras* quam *ss* **H** 15 erat] n *ss* **PBH** 16 ideo malum *Ω'* id malum **H** post multos annos **P**$^4$**D** 18 consulibus *ss* **K** 20 crimando **P** 21 pollicendo **n** incedere (n *ss*) **P**

ope nitebatur pleraque nobilitas senatus specie pro sua
3 magnitudine. namque, uti paucis uerum absoluam, post illa tempora quicumque rem publicam agitauere honestis nominibus, alii sicuti populi iura defenderent, pars quo senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum
4 simulantes pro sua quisque potentia certabant. neque illis modestia neque modus contentionis erat: utrique uic-
**39** toriam crudeliter exercebant. sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritumum atque Mithridaticum missus
2 est, plebis opes inminutae, paucorum potentia creuit. ii magistratus, prouincias aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu aetatem agere ceterosque iudiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarent.
3 sed ubi primum dubiis rebus nouandi spes oblata est, ue-
4 tus certamen animos eorum adrexit. quod si primo proelio Catilina superior aut aequa manu discessisset, profecto magna clades atque calamitas rem publicam oppressisset, neque illis, qui uictoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quin defessis et exanguibus qui plus posset
5 imperium atque libertatem extorqueret. fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt. in iis erat Fuluius, senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit.

15. *Charis. et Diomed. uide c.* $11._5$.
19. *Cf Pseudosall. ep.* I $5._2$ defessus et exanguis.

1 nitebantur (n *del*) **P**$^1$ species **N** specie] es *ss* **e** specialiter *ex* specie **l** 2 nempe (*eras*) namque **l** uti uerum paucis **H** 8 sed postquam *om* **P** (sed po *in mg m2*) 10 imminutae sunt **l** creuit *om* **n** 11 innoxii] in *eras* **F** noxii **P**$^1$ (in i. e. quieti quibus nemo nocebat *ss*) **Nme** 12 ceterosque] que *om* **P**$^1$**P**$^2$**P**$^4$ 13 quod **P**$^1$ (d *exp*) **M**$^2$ in magistratum **KTF** facilius **n** tractarent *ex* -bant **P** 14 nouandi **P**$^4$ (s *ss*) *Gruter* nouandis *Ω′* ablata **PK** 15 uetus syllae certamen **M**$^2$ uetus cert. syllae **T** arrexerit **n** proelio primo **m** 17 rempublicam *in ras al. m* **K** 18 eis qui **m** 19 ex(s)anguibus qui] ceteris *ss* **P**$^1$**P**$^2$ exsanguibus ceteris qui **B** possent **P**$^1$ (set *corr*) **m** (n *eras*) 20 extorqueret *ex* extolleret **P** eriperet **l** 21 in initio **P**$^4$$\gamma$

Isdem temporibus Romae Lentulus, sicuti Catilina prae- 6
ceperat, quoscumque moribus aut fortuna nouis rebus
idoneos credebat, aut per se aut per alios sollicitabat,
neque solum ciuis, sed cuiusque modi genus hominum,
quod modo bello usui foret. igitur P. Vmbreno cuidam **40**
negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat eosque, si
possit, inpellat ad societatem belli, existumans publica
priuatimque aere alieno oppressos, praeterea quod natura
gens Gallica bellicosa esset, facile eos ad tale consilium
adduci posse. Vmbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, 2
plerisque principibus ciuitatium notus erat, atque eos no-
uerat. itaque sine mora, ubi primum legatos in foro con-
spexit, percontatus pauca de statu ciuitatis et quasi do-
lens eius casum requirere coepit, quem exitum tantis ma-
lis sperarent. postquam illos uidet queri de auaritia ma- 3
gistratuum, accusare senatum, quod in eo auxili nihil es-
set, miseriis suis remedium mortem expectare, 'at ego'
inquit 'uobis, si modo uiri esse uoltis, rationem ostendam,
qua tanta ista mala effugiatis'. haec ubi dixit, Allobro- 4
ges in maxumam spem adducti Vmbrenum orare, ut sui
misereretur: nihil tam asperum neque tam difficile esse,
quod non cupidissume facturi essent, dum ea res ciuitatem

13. *Arus. VII p 464 K. 'dolet illam rem', Sal. Catil.:* et quasi dolens casum. — *Prisc. III p 281 K. et nos quoque 'doleo illam rem' et 'illa re'.* — —. *Sallustius in Catilinario:* et quasi dolens eius casum. *Ibd. p 307 item.*

---

2 quoscum (que *ss*) **P** 4 cuiuscumque modi **P**[4]**m** 5 belli **P** usui foret bello **KH**$\gamma$'**s** 6 allogobrum **P** (*item 45.1*) **B** (*corr*) **H** (*item 41.1; 44. 1, 3; 45.1; 52.36*) **l** allobrogum *in ras* **N** 7 posset **n** 8 praeterea *ss* **T** *om* $\gamma$ 9 gallica gens **n** bellicosa erat **M**[2] (esset *ss*) **T** 10 adduci posset **n** gallio **P** 11 ciuitatium *X***N** (i *eras*) ciuitatum **P**[4]$\Gamma$**lsnme** 12 primum *om* **K** 13 condolens **l** 15 uidit **P**[1] (det *m2*) **KMFme** uidet illos **n** uidit illos **e** 17 expectare] sperare *ss* **ND** sperare (expectare *ss*) **M**[2]**Tm** sperare **ne** atego *ex* adeo **P** 19 cuncta mala ista **l** 21 miseretretur **N** miseretur **P**[4]**KM**[2] re *ss* **Mm**

5 aere alieno liberaret. ille eos in domum D. Bruti perducit,
quod foro propinqua erat neque aliena consili propter
6 Semproniam; nam tum Brutus ab Roma aberat. praeter-
ea Gabinium arcessit, quo maior auctoritas sermoni in-
esset. eo praesente coniurationem aperit, nominat soci-
os, praeterea multos cuiusque generis innoxios, quo
legatis animus amplior esset. deinde eos pollicitos operam
**41** suam domum dimittit. sed Allobroges diu in incerto
2 habuere, quidnam consili caperent. in altera parte
erat aes alienum, studium belli, magna merces in spe uic-
toriae; at in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta
3 spe certa praemia. haec illis uoluentibus tandem uicit
4 fortuna rei publicae. itaque Q. Fabio Sangae, cuius pat-
rocinio ciuitas plurumum utebatur, rem omnem uti cog-
5 nouerant, aperiunt. Cicero per Sangam consilio cognito
legatis praecipit, ut studium coniurationis uehementer
simulent, ceteros adeant, bene polliceantur dentque ope-
ram, uti eos quam maxume manifestos habeant.

3. *Prob. IV p 150 K. nunc hoc monemus, quod etiam hoc praeceptum superuacue institutum esse inueniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus* (*sc.* 'a' *et* 'ex') *sine aliqua discretione utantur, ut apud Sallustium:* nam tum Brutus ab Roma aberat. — *Eademque uerba paullo infra repetuntur.* — *Serg. IV p 511 K. sed plerique nominibus ciuitatum iunxerunt praepositiones — — — et de loco, ut Sallustius:* nam tum Brutus ab Roma aberat. — *Prisc. III p 66 K. inueniuntur tamen et cum praepositionibus nomina ciuitatium saepe prolata, et maxime apud historicos. — — —. Sallustius in Catilinario:* nam tum Brutus ab Roma aberat.

---

1 D. *praen. om* **l** 3 ab *om* $\Omega'$ *ss* **BD** romae **P** 4 gabinum **B** (i ss) **e** arcescit **P** arcersit **$P^1P^2H$** arcessit **$NKM^2lse$** accessit **n** accersit *rell* (ccer *in ras uulgo* **B**) 5 esset (in *ss*) **P** 7 legatis *ex-* tus **P** maior (amplior *ss*) **$P^4$** amplior *om* **H** maior uel amplior *ss* **D** amplior animus **MF** inesset **$P^4\Gamma's$** deinde illos **n** 8 diuini incerto **P** diu incerto (in *ss*) **Hm** diu incertum **$M^2$** diu in incertum **MF** 10 erat *ss* **P** 12 certum praemium **Tnme** uolentibus (u *ss*) **$P^1B$** ui|| cit (u *eras*) **P** 13 ita q. (que *uel* Q. *om*) **$M^2\gamma n$** 16 praecepit $\Omega'$

Isdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteri- **42**
ore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat.
namque illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsulte ac 2
ueluti per dementiam cuncta simul agebant. nocturnis
consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinan-
do, agitando omnia plus timoris quam periculi effecerant.
ex eo numero compluris Q. Metellus Celer praetor ex se- 3
natus consulto causa cognita in uincula coniecerat, item
in citeriore Gallia C. Murena, qui ei prouinciae legatus
praeerat.

At Romae Lentulus cum ceteris, qui principes coniu- **43**
rationis erant, paratis ut uidebatur magnis copiis constitu-
tuerant, uti, cum Catilina in agrum Faesulanum cum exer-
citu uenisset, L. Bestia tribunus plebis contione habita
quereretur de actionibus Ciceronis bellique grauissumi
inuidiam optumo consuli inponeret: eo signo proxuma
nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque nego-
tium exequeretur. sed ea diuisa hoc modo dicebantur: Sta- 2
tilius et Gabinius uti cum magna manu duodecim simul
oportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior adi-
tus ad consulem ceterosque, quibus insidiae parabantur,
fieret; Cethegus Ciceronis ianuam obsideret eumque ui

---

1 in gallia *ss* **P** 2 brutia $\mathbf{M}^2\gamma$ bruttio in (*ss*) apulia **l** bruccio in apulia **m** bruttio apulio (bruttia atque apulia *m2*) **e** 3 quos paulo ante $\Gamma$ 7 s. c. **H** (sociis cat *ss al. m*) $\mathbf{M}^2$ (senatus consultu *ss*) senatus consultu **TMF** ex sociis causa **n** ex|||sociis causa *in ras* **e** 8 coniecerat *ex* collegerat $\mathbf{P}^1$ 9 gracus murena $\mathbf{P}^2$ 12 uideba||tur (n *eras*) **Nm** magis (n *ss*) $\mathbf{P}^1$ 13 constituerant $\Pi\mathbf{N}\Gamma'$**le** constituerat [$\mathbf{P}^1$]$\Sigma$[**N**]**K**[**H**]**Tsnm**[**e**] cum *ante* Catilina *exp* **T** *eras* **e** 14 uenissent $\mathbf{P}^4\Gamma'$ (-**T**) 15 grauissimam **K** 17 suum quoque (queque *corr*) $\mathbf{P}^1$ suum que|||que (m *eras*) **N** quaeque suum **H** suum quaeque *rell* [suum quisque *Paris.* 5750] exequeretur negotium **m** 18 ea causa (*lin. exp*) diuisa **K** statilius et gabinius **PP**[1] (et *del*) $\mathbf{P}^4$ et *om rell* 19 magna magnu (*ex* magna) $\mathbf{P}^2$ 20 incenderent $\Pi$**NHTlsme** incenderet [$\mathbf{P}^1$]$\Sigma\mathbf{KM}^2\gamma$**n** 22 obsideret *ex* obsidet **P**

aggrederetur; alius autem alium, sed filii familiarum,
quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentis inter-
ficerent; simul caede et incendio perculsis omnibus ad
3 Catilinam erumperent. inter haec parata atque decreta
Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum : illos
dubitando et dies prolatando magnas oportunitates cor-
rumpere; facto, non consulto in tali periculo opus esse;
seque, si pauci adiuuarent, languentibus aliis impetum
4 in curiam facturum. natura ferox, uehemens, manu promp-
tus erat, maxumum bonum in celeritate putabat.

**44** Sed Allobroges ex praecepto Ciceronis per Gabinium
ceteros conueniunt. ab Lentulo, Cethego, Statilio, item
Cassio postulant ius iurandum, quod signatum ad ciuis
perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium in-
2 pelli posse. ceteri nihil suspicantes dant, Cassius semet
eo breui uenturum pollicetur, ac paulo ante legatos ex
3 urbe proficiscitur. Lentulus cum iis T. Volturcium quen-
dam Crotoniensem mittit, ut Allobroges, prius quam do-
mum pergerent, cum Catilina data atque accepta fide
4 societatem confirmarent. ipse Volturcio litteras ad Ca-
tilinam dat, quarum exemplum infra scriptum est.

1. *Prisc. II p 199 K. dicitur tamen et 'pater familiae' et 'patres familiae' et 'familiarum' et 'familiis'. — — —. Sallustius in Catilinario:* sed filii familiarum, quorum e nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent.

11. *Prob. IV p 124 K. quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius:* sed Allobroges ex praecepto Ciceronis *nominatiuo casu numeri singularis Allobrogus an Allobroges facere debeat.*

1 fam[i]ularum **K** familiarium **e** 2 magna pars *γ* 7 consulto [**P**[1]] *Σ*[**N**]**K**[**H**]**M**[2]**T**[**DM** consultu] **Flsn**[**e**] consultando *Π***NHDMme** 12 at lentulo **P**[1]**B** a lentulo **P**[2] 13 postulandum *Γ′* (postulant *corr* **TDMF**) postulabant **l** iurandum *bis, semel eras* **P** 14 ad (*ante* tantum) *ex* an **P** impelli posse *in ras* **B** 15 dant iusiurandum cassius **HM**[2] 16 uenturum breui **n** 18 crotoniensium **e** 20 confirment (ar *ss*) **e** 21 infra *om* **l**

'Quis sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. fac cogites, 5
in quanta calamitate sis, et memineris te uirum esse.
consideres, quid tuae rationes postulent. auxilium pe-
tas ab omnibus, etiam ab infumis.'
Ad hoc mandata uerbis dat: cum ab senatu hostis iu- 6
dicatus sit, quo consilio seruitia repudiet? in urbe para-
ta esse quae iusserit. ne cunctetur ipse propius adcedere.
his rebus ita actis, constituta nocte qua proficiscerentur, **45**
Cicero per legatos cuncta edoctus L. Valerio Flacco et C.
Pomptino praetoribus imperat, ut in ponte Muluio per
insidias Allobrogum comitatus deprehendant. rem om-
nem aperit, cuius gratia mittebantur; cetera, uti facto
opus sit, ita agant permittit. illi, homines militares, sine 2
tumultu praesidiis conlocatis, sicuti praeceptum erat, oc-
culte pontem obsidunt. postquam ad id loci legati cum 3
Volturcio uenerunt, et simul utrimque clamor exortus
est, Galli cito cognito consilio sine mora praetoribus se
tradunt, Volturcius primo cohortatus ceteros gladio se 4
a multitudine defendit, deinde, ubi a legatis desertus est,
multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod
ei notus erat, postremo timidus ac uitae diffidens uelut
hostibus sese praetoribus dedit.

1. *Aliter Cic. orat. in Cat. III* $5._{12}$ quis sim, scies ex hoc, quem ad te misi; cura ut uir sis, et cogita quem in locum sis progressus; uide quid iam tibi sit necesse, et cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.

9. *Arus. VII p 464 K. 'doctus illam rem', Sal. Catil.:* per legatos cuncta edoctus.

---

1 quis **P**$^2$**NMne** qui **V** *rell* ex eo *ss* **V** fac ea cogites **e** 2 esse virum *γ* 3 postulant **e** 4 petis [**P**$^1$]**P**$^2$**B**[**P**$^4$] 6 consilio et seruitia **P**$^1$ 7 nec cunctetur **P**$^4$**m** cicero (ipse *in mg*) **P**$^1$ proprius **K** 9 doctus **n** 10 pom(p)tino *X***NDFsnme** prom(p)tino **BHMFl** promptinio **M**$^2$**T** 11 deprehendat *ex* repraeh. **P** deprehendat (n *ss*) **s** 13 illi [**P**]**P**$^1$**KM**$^2$**T**[**F**]**m** illis [**P**$^1$**KT**] *rell* 14 conlatis (oca *ss*) **P**$^1$ 17 consilio cognito **P**$^2$ 19 legatis (a *ss*) **B** 20 pomptinum *et* promptinum *ut supra sed* promptinum **M**$^2$**T** 21 notus ei **B** uelud **P** (ut *corr*) **P**$^4$**n**

46 Quibus rebus confectis omnia propere per nuntios con-
2 suli declarantur. at illum ingens cura atque laetitia si-
mul occupauere. nam laetabatur intellegens coniuratio-
ne patefacta ciuitatem periculis ereptam esse; porro au-
tem anxius erat dubitans, in maxumo scelere tantis ciui-
bus deprehensis quid facto opus esset: poenam illorum
sibi oneri, inpunitatem perdundae rei publicae fore cre-
3 debat. igitur confirmato animo uocari ad sese iubet
Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Cae-
parium Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda ser-
4 uitia proficisci parabat. ceteri sine mora ueniunt, Cae-
parius paulo ante domo egressus cognito indicio ex urbe
5 profugerat. consul Lentulum, quod praetor erat, ipse
manu tenens in senatum perducit, reliquos cum custodi-
6 bus in aedem Concordiae uenire iubet. eo senatum ad-
uocat, magnaque frequentia eius ordinis Volturcium cum
legatis introducit, Flaccum praetorem scrinium cum lit-
47 teris, quas a legatis acceperat, eodem adferre iubet. Vol-
turcius interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid
aut qua de causa consili habuisset, primo fingere alia,
dissimulare de coniuratione; post ubi fide publica dicere
iussus est, omnia uti gesta erant aperit, docetque se pau-
cis ante diebus a Gabinio et Caepario socium adscitum
nihil amplius scire quam legatos, tantummodo audi-
re solitum ex Gabinio P. Autronium, Ser. Sullam, L.

22. *Prob. IV p 149 K. ut puta 'ante' significat et aduerbium temporis, ut — — —, item apud Sallustium:* Antonius paucis ante diebus.

3 coniurationem patefactam **K** 6 opus erat **P** op. sit **HM**$^2\gamma$ op. esset *rell* (esset *in ras* **K**) 7 rei p. perdundae **M**$^2$**Tnme** 8 ad||se **K** ad se **NM**$^2$**Tnme** 9 item quendam caeparium **P**$^1$**P**$^2$**T** itemque quendam caep. **M**$^2$ 10 tartacinensem **P**$^1$ tarracin. **P**$^2$(*corr*) **T** conscitanda **K** 12 ex urbe *ss* **B** 14 ducit **M**$^2$ (per *ss*) **T** 15 et senatum **l** 16 aduocauit **K** 20 de qua causa **P**$^1$**P**$^2$ 21 fidei p. **BN** (i *eras*) fidei publicae **P**$^2$ (*corr*) **H**$\gamma$ (*corr* **F**) **l** fide praedicere (fidei publicae dicere *m2*) **P**$^1$ 22 ante paucis diebus **HMF** 23 adscitum] esse *ss* **P**$^1$**KM**$^2$**T** 25 Ser. *om* **NKnme** L. *praen. ss* **P**$^1$

Vargunteium, multos praeterea in ea coniuratione esse. ea- 2
dem Galli fatentur, ac Lentulum dissimulantem coarguunt
praeter litteras sermonibus, quos ille habere solitus erat:
ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis por-
tendi; Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui
fatum foret urbis potiri; praeterea ab incenso Capitolio
illum esse uigesumum annum, quem saepe ex prodigiis
haruspices respondissent bello ciuili cruentum fore. igi- 3
tur perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cogno-
uissent, senatus decernit, uti abdicato magistratu Lentu-
lus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. itaque 4
Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat, Cet-
hegus Q. Cornificio, Statilius C. Caesari, Gabinius M. Cras-
so, Caeparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat)
Cn. Terentio senatori traduntur.

Interea plebs coniuratione patefacta, quae primo cu- **48**
pida rerum nouarum nimis bello fauebat, mutata mente
Catilinae consilia execrari, Ciceronem ad caelum tollere;
ueluti ex seruitute erepta gaudium atque laetitiam agi-
tabat. namque alia belli facinora praedae magis quam 2
detrimento fore, incendium uero crudele, inmoderatum,
ac sibi maxume calamitosum putabat, quippe cui omnes
copiae in usu cottidiano et cultu corporis erant.

10. *Arus. VII p 451 K. 'abdicatur illa res', Sal. Bello Catil.:* senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus.

1 uargonteium **P** praeterea *ss* **P**[1] 2 conuincunt *eras* coarguunt *scr* **P** 3 solitus erat habere **P**[2] 5 tertium fore **TMF** 6 foret fatum **e** potiri *ss* **m** *om* **e** 7 XX *uel* uigesimum *codd* uiginti **P**[1] 8 auruspices **M**[2](corr) **TMl** bellum **P** foret **P** 9 cum (*ex* tum) prium **P**[1] sua signa **KM**[2] 10 abdicatus [**K**] **M**[2]$\gamma$[**m**] 11 itemque] que *ss* **P**[1] habeantur *X***Hl** haberentur *Y***snme** tenerentur **MF** 13 carnificio **P** statulius **P** 14 ex *om* **NM**[2]**sme** *ss* **D** fig|| a (ur *eras*) **P** 15 terrentio **P**[1]**KMFs** 16 plebs *eras* **P** ples **P**[1] 17 nouarum rerum **n** 18 tollere *ex* tolerare **P** 19 erept||| (a *ss*) **B** atque *in ras* **B** exagitabat **m** 21 detrimentum **n** 23 erant *ex* abent (?) **P**

3 Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum ad-
ductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itine-
4 re retractum aiebant. is cum se diceret indicaturum de
coniuratione, si fides publica data esset, iussus a consu-
le quae sciret edicere, eadem fere quae Volturcius de
paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hostium
senatum docet: praeterea se missum a M. Crasso, qui
Catilinae nuntiaret, ne eum Lentulus et Cethegus aliique
ex coniuratione deprehensi terrerent, eoque magis prope-
raret ad urbem adcedere, quo et ceterorum animos refi-
5 ceret, et illi facilius e periculo eriperentur. sed ubi Tar-
quinius Crassum nominauit, hominem nobilem, maxumis
diuitiis, summa potentia, alii rem incredibilem rati, pars
tametsi uerum existumabant tamen quia in tali tem-
pore tanta uis hominis magis lenienda quam exagitanda
uidebatur, plerique Crasso ex negotiis priuatis obnoxii,
conclamant indicem falsum esse, deque ea re postulant
6 uti referatur. itaque consulente Cicerone frequens se-
natus decernit, Tarquini indicium falsum uideri, eumque
in uinculis retinendum, neque amplius potestatem faciun-
dam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantam rem esset
7 mentitus. erant eo tempore qui existumarent, indicium
illud a P. Autronio machinatum, quo facilius appellato
Crasso per societatem periculi reliquos illius potentia te-

---

1 quidam *om* **K** *ss* **Tm** adductus ad senatum erat **B** adductus erat ad senatum **e** deductus erat **DF** 2 adductus est **T** proficiscendum **n** retractum ex itinere **P**[4]**Tne** tractum ex it. **M**[2]**m** (re *ss*) 3 a||iebant **PT** aiebat (n *ss*) **P**[1] habebant (i *ss*) **P**[2] discederet *exp* diceret *ss* **l** de coniuratione indicaturum *γ***n** 5 dicere **NKM**[2]**nm**[e] 8 atque cethegus **M**[2]**Tnme** 10 ad *del* **s** *om* **me** acce||dere (n *eras*) **P** accederet **Nm** 11 facilius|| (s *eras*) **P** 13 incredibilem (b *ss*) **P** 17 iudicem **PP**[1] (*corr*) indie (cem *ss*) **l** 18 referatur (dif *ss*) **l** 19 indicium tarquinii *γ* 21 mentitus esset (*post add*) **B** 22 erant *om* **M**[2] eo tempore erant **Tm** aestimarent *Γ*(-**NT**)**s** illud indicium **B** 23 nominatum *γ* (machinatum *ss* **DF**) 24 potentia eius **P**[4] pot. illius **H** potentiae **P**

geret. alii Tarquinium a Cicerone inmissum aiebant, ne 8
Crassus more suo suscepto malorum patrocinio rem publicam conturbaret. ipsum Crassum ego postea praedi- 9
cantem audiui, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone inpositam.

Sed isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso [neque pre- **49**
cibus] neque pretio neque gratia Ciceronem inpellere potuere, uti per Allobroges aut alium indicem C. Caesar falso
nominaretur. nam uterque cum illo grauis inimicitias ex- 2
ercebat: Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum, Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus, ab adulescentulo Caesare uictus discesserat. res autem oportu- 3
na uidebatur, quod is priuatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat.
sed ubi consulem ad tantum facinus inpellere nequeunt, 4
ipsi singillatim circumeundo atque ementiendo quae se ex Volturcio aut Allobrogibus audisse dicerent magnam illi inuidiam conflauerant, usque eo ut nonnulli equites Romani, qui praesidi causa cum telis erant circum aedem Concordiae, seu periculi magnitudine seu animi

6. *Prisc. II p 539 K. 'queo quiui' uel 'quii' — — —. Sallustius in Catilinario:* sed neque pretio neque gratia inpelli quiuit. — *Cf Dict. I 18* per idem tempus Lycius Sarpedon neque pretio neque gratia Phalidis — — illici quiuit.

1 aiebat *ex* agebat **P** aiebant *ex* agebant **P**$^{2}$**NM**$^{2}$ 3 post **H**$\gamma$ 4 a cicerone **B**$\Gamma$**lsn** 5 paratam (impositam *ss*) **P**$^{1}$**P**$^{2}$**P**$^{4}$ 6 neque precibus neque gratia neque pretio $X$**NKM**$^{2}$**T** (proemio *pro* pretio) **lsne** n. precibus n. pretio n. gratia $\gamma$ n.gratia n. precibus n. pretio **Hm** 7 potuerunt **BD** aut per alium [**P**$^{1}$] **BP**$^{4}$**NK** 10 exercebant **PP**$^{2}$**P**$^{4}$**T** exercebat [**P**] *rell* oppugnatus *ex* adpugnantis **P** in *ante* iud. *om* **n** 12 *post* petitione *ras circ. 7 litt.* **P** 13 in extrema **B** 15 libertate **PBKHDMFln** (liberal *corr uel ss* **DM**) 18 singilatim **P**$^{1}$**P**$^{2}$**P**$^{4}$ singulatim [**P**]**KH**$\gamma$ singillatim *rell* circueundo **K** mentiendo **KHTMFs** ea quae **B** 20 usque adeo **P**$^{1}$**P**$^{4}$$\Gamma'$ (eo *corr* **T**) 21 circa **KH**$\gamma$

mobilitate inpulsi, quo studium suum in rem publicam clarius esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitarentur.

**50** Dum haec in senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum et T. Volturcio, conprobato eorum indicio, praemia decernuntur, liberti et pauci ex clientibus Lentuli diuorsis itineribus opifices atque seruitia in uicis ad eum eripiendum sollicitabant, partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rem publicam uexare soliti erant.
2 Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos, lectos et exercitatos, orabat [in audaciam], ut grege facto
3 cum telis ad sese inrumperent. consul ubi ea parari cognouit, dispositis praesidiis ut res atque tempus monebat, conuocato senatu refert, quid de iis fieri placeat, qui in custodiam traditi erant. sed eos paulo ante frequens
4 senatus iudicauerat contra rem publicam fecisse. tum D. Iunius Silanus primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de iis, qui in custodiis tenebantur, et praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreuerat; isque postea permotus oratione C. Caesaris pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixit, quod de ea re praesidiis additis referendum censu-

22. *Charis. I p 215 K. 'pedibus' aduerbialiter — — — et Sallustius:* pedibus in sententiam.

1 nobilitate **B**[**K**]**H**$\mathbf{M}^2$**T**[**D**]**s** studio (um *ss*) **l** studium eorum $\mathbf{M}^2$ (*exp et* suum *ss*) **T** 2 gla||dio **l** 4 geruntur **n** 10 liberos **K**$\mathbf{M}^2$**Tne** 11 electos $\mathbf{P}^4$**NK** lectos et *om* **s** et *ss* **P** exercitatosque **H** exercitatos] ad bellum *ss* $\mathbf{P}^1$ exercitos **K** in audaciam *Ω′ secl Dietsch* ut *om* **m** 12 cum ad sese telis $\mathbf{P}^2$ cognouit parari **l** 14 facere placeat $\mathbf{M}^2$**T** (fieri *ss*) **Dnme** 15 custodia $\mathbf{P}^1\mathbf{P}^4$**H** 16 tunc **n** 17 D iunius (*oblitt* ucius *ss*) **l** silanus **P** (ex salinus) $\mathbf{P}^1$**Nle** sillanus *uel* syllanus *rell* primum *ex-* mus $\mathbf{P}^2\mathbf{M}^2$ 19 in custodia **H**$\gamma$ p. umbreno p. furio **e** 23 qui de ea $\mathbf{P}^1\mathbf{P}^4$ (*ex* quid) **F** (*sed aliquid eras*) abditis *Ω′* (remotis *ss* $\mathbf{P}^1$ ad *ss* **B** *corr* $\mathbf{M}^2$ d *ss* **m**)

erat. sed Caesar, ubi ad eum uentum est, rogatus sen-
tentiam a consule huiusce modi uerba locutus est:
'Omnis homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis 51
consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia ua-
cuos esse decet. haud facile animus uerum prouidet, ubi 2
illa officiunt, neque quisquam omnium lubidini simul et
usui paruit. ubi intenderis ingenium, ualet; si lubido pos- 3
sidet, ea dominatur, animus nihil ualet. magna mihi co- 4
pia est memorandi, patres conscripti, quae reges atque
populi ira aut misericordia inpulsi male consuluerint. sed
ea malo dicere, quae maiores nostri contra lubidinem
animi sui recte atque ordine fecere. bello Macedonico 5
quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas magna
atque magnifica, quae populi Romani opibus creuerat,
infida et aduorsa nobis fuit. sed postquam bello confec-
to de Rhodiis consultum est, maiores nostri, ne quis diui-
tiarum magis quam iniuriae causa bellum inceptum di-
ceret, inpunitos eos dimisere. item bellis Punicis omnibus, 6

3. *Charis. I p 139 K. 'omnes' Sallustius in Catilina:* omnes P. C. qui de rebus dubiis consultant ab odio, amicitia i. a. m. u. d. — *Seru. ad Geo. II 499 'aut doluit miserans inopem aut inuidit habenti'* — —. *Sallustius etiam in Catilinae Bello ait:* omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia uacuos esse decet. nam animus haud facile uerum prouidet, ubi illa officiunt. — *Arus. VII p 460 K. 'consulit de hac re', Sal. Catil.:* qui de rebus dubiis consulant.

4. *Arus. VII p 514 K. 'uacuus ab hac re',* — — — ⟨*Sal. Catil.*⟩: ab odio, amicitia, ira, misericordia uacuum esse decet.

9. *Arus. VII p 459 K. 'consulo illam rem',* — — — *et Sal. Catil.:* quae reges atque populi male consuluerint.

3 o patres **B** 5 decet esse **n** prouid$\overset{e}{i}$t **K** 9 p. c. *ss* *Π***N** *om* **Knme** quae **V**[**PP**$^{2}$]*Υ***m** qui *Χ*[**K**]**M**$^{2}$**Tlsn** [**m**]**e** reges aut populi **P**$^{4}$*γ* populi atque reges **M**$^{2}$**Tnme** 10 consuluerunt **V** 11 contra—recte *in ras* **l** 12 faecere *ex* facere **Pl** f$\overset{e}{a}$cere **m** 13 per (se *ss*) gessimus **N** persarum **m** 15 et aduorsa **V**[**P**]*Ω′* atque aduorsa **Pl** fuit nobis *γ* 16 consulatum **e** 18 dimisere *ex* dicere **P** dimiserunt **P**$^{1}$ (e *ss*) **P**$^{2}$**P**$^{4}$ misere (di *ss*) **B**

cum saepe Carthaginienses et in pace et per indutias mul-
ta nefaria facinora fecissent, numquam ipsi per occasio-
nem talia fecere; magis quid se dignum foret, quam quid
7 in illos iure fieri posset, quaerebant. hoc item uobis proui-
dendum est, patres conscripti, ne plus apud uos ualeat P.
Lentuli et ceterorum scelus quam uestra dignitas, neu ma-
8 gis irae uestrae quam famae consulatis. nam si digna
poena pro factis eorum reperitur, nouom consilium ad-
probo; sin magnitudo sceleris omnium ingenia exuperat,
his utendum censeo, quae legibus conparata sunt.

9 Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, con-
posite atque magnifice casum rei publicae miserati sunt.
quae belli saeuitia esset, quae uictis acciderent, enume-
rauere: rapi uirgines, pueros; diuelli liberos a parentum
conplexu; matres familiarum pati quae uictoribus conlu-
buissent; fana atque domos spoliari; caedem, incendia fi-
eri; postremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu om-
10 nia conpleri. sed, per deos inmortalis, quo illa oratio per-
tinuit? an uti uos infestos coniurationi faceret? scilicet,
quem res tanta et tam atrox non permouit, eum oratio

14. *Augustin. ciu. D. I. 5 quem morem etiam Cato, sicut scribit Sallustius, nobilitatae ueritatis historicus, sententia sua, quam de coniuratis in senatu habuit, commemorare non praetermittit:* rapi uirgines, pueros, diuelli liberos a parentum complexu, matres familiarum pati quae uictoribus conlibuisset, fana adque domos spoliari, caedem, incendia fieri; postremo armis, cadaueribus, cruore adque luctu omnia compleri.

1 et *ante* in pace *om* **P¹P²M²Tm** 3 facere **K** quam quod **HMF** 4 iure in illos **D** iure *om* **l** 6 neue **V[P¹]** 7 magis irae *ex* magistratui **P¹** 9 si magnitudo **B** ingenium **P** 10 his *om* **P** horiis (his *ss*) **P¹** 11 sententiam **V** 12 ac **m** causam *ss* **P¹** *corr* **P²** 13 bellis **n** accederent **P** acciderent **B** acciderant **F** 14 pueros *exp* paruos *ss* **l** 16 collibuisset (n *ss*) **M²** 19 pertimuit **P** coniuratione **PNKTMle** (ni *corr* **TM**) faceret *ex* fieret **P** facerent **P¹** (ret *corr*) **NKTe** faceret (n *ss*) **M²** 20 permouet **V[X]l** permouit *Ω'*

accendet. non ita est. neque cuiquam mortalium iniuriae 11
suae paruae uidentur, multi eas grauius aequo habuere.
sed alia aliis licentia est, patres conscripti. qui demissi 12
in obscuro uitam habent, si quid iracundia deliquere, pau-
ci sciunt, fama atque fortuna eorum pares sunt; qui mag-
no imperio praediti in excelso aetatem agunt, eorum fac-
ta cuncti mortales nouere. ita in maxuma fortuna minu- 13
ma licentia est; neque studere, neque odisse, sed minume
irasci decet; quae apud alios iracundia dicitur, ea in im- 14
perio superbia atque crudelitas appellatur. equidem ego 15
sic existumo, patres conscripti, omnis cruciatus minores
quam facinora illorum esse. sed plerique mortales post-
rema meminere, et in hominibus inpiis sceleris eorum o-
bliti de poena disserunt, si ea paulo seuerior fuit.

D. Silanum, uirum fortem atque strenuum, certo scio 16
quae dixerit studio rei publicae dixisse, neque illum in
tanta re gratiam aut inimicitias exercere: eos mores eam-
que modestiam uiri cognoui. uerum sententia eius mihi 17
non crudelis (quid enim in talis homines crudele fieri po-
test?) sed aliena a re publica nostra uidetur. nam profec- 18

10. *Cledon. V p 73 K. 'equidem' alii dicunt hanc habere significationem 'ego quidem', sed melius iuxta Sallustium intellegendum 'quidem', ut compositum sit 'equidem'. — Prisc. III p 103 K. et hoc usus etiam auctorum approbat, qui 'equidem' praepositiua 'ego' subiungunt, ut Sallustius in Catilinario:* equidem ego sic existimo, patres conscripti, omnes cruciatus.

1 accendit **V**[**P**]**P**$^2$ (ant *ss*) **M**$^2$**l** accendet *rell* 3 aliis alia **P**$^2$**s** demissi||(s *eras*) **P**$^1$ 4 uitam habent *X***NKls**. (agunt *ss* *Π***P**$^2$**N** *corr* **K**) uitam agunt **VB***Γ***nme** (habent *ss* **BTm**) dereliq (re *ss*) **l** 6 facta]uel famam *ss* **P**$^1$**P**$^2$ 7 item in **P**$^2$ in *om* **n** 11 estimo **Bm** minores cruciatus omnes **M**$^2$**Tnme** 12 mortales plerique **Dm** plerique *ss al. m* **F** postremo (a *ss*) **m** 13 hominibus] omnibus *ss* **P**$^1$ ominibus (h *ss*) **P**$^2$ 14 seuerior **VP**$^1$**P**$^2$**NT** seuior *rell* (seuerior *ss* **e**) 15 silanum *Π***l** sillanum *uel* syll. *rell* certo **V***X***Nnme** certe **B***Γ***ls** 18 modestiam *ex* mestitiam **P** eius *om* **KH** *ss* **m** 19 crudelis est **NK** quid |||||| (mihi *eras* enim *ss*) **D** enim *om* **m**

to aut metus aut iniuria te subegit, Silane, consulem de-
19 signatum genus poenae nouom decernere. de timore
superuacuaneum est disserere, cum praesertim diligentia
20 clarissumi uiri consulis tanta praesidia sint in armis. de
poena possum equidem dicere, id quod res habet, in luctu
atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non crucia-
tum esse; eam cuncta mortalium mala dissoluere; ultra
21 neque curae neque gaudio locum esse. sed, per deos in-
mortalis, quam ob rem in sententiam non addidisti,
22 uti prius uerberibus in eos animaduorteretur? an quia lex
Porcia uetat? at aliae leges item condemnatis ciuibus non
23 animam eripi, sed exilium permitti iubent. an quia gra-
uius est uerberari quam necari? quid autem acerbum aut
24 nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos? sin
quia leuius est, qui conuenit in minore negotio legem ti-
mere, cum eam in maiore neglexeris?
25 At enim quis reprehendet quod in parricidas rei publi-
cae decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius lubido

2. *Cf Dict. III 15* genus poenae nouom miserandumque.

10. *Arus. VII p 456 K. 'animaduerti in eum', Sal. Catil.:* ut prius uerberibus in eos animaduerteretur.

18. *Prisc. III p 273 K. 'moderor tibi' et 'te'. Sallustius in Catilinario:* fortuna, cuius libido gentibus moderatur. — *Arus. VII p 494 K. 'moderor illis', Sal. Catil.:* cuius libido gentibus moderatur.

---

1 te sillane subegit **B** silenae **P** consulendesignatum **V** 2 genus nouom poenae **m** 3 superuacuaneum **VPK** superuacaneum *rell* 4 uiri *ss* **B** uiri clarissimi **H** in armis sint **V** 5 possumus equidem **NKM**$^2$**nm** equidem possumus **T** equidem possum *γ* 7 ultra *in ras al. m* **K** cetera (ultra *ss*) **H** ultraque curae **n** 8 gladio (gaudio *ss m3*) **B** 9 in sententia **V P**$^1$**e** 10 in eos uerberibus **V** an quia—iubent *in mg* **m** 11 porcia *ss* **P**$^1$**P**$^2$ aut [**P**$^1$]*Σ***M**$^2$**Fn** (u *eras* **M**$^2$**F**) ac **e** at *rell* item de condemnatis **Vl** 12 uitam eripi **KHMF** aut quia **e** 13 est *om* **e** 14 aut ||nin (*ex* min) **M**$^2$ an minus *ex corr* **e** nimis *om* **m** tanti *om* **N** *ss* **T** sin autem quia **l** 15 leuius est quod iudicasti qui **M**$^2$**T** (del) **s** quid conuenit **P** (d *eras* quomodo *ss*) **Bln** minori **P**$^1$[**T**] 16 maiori [**T**] **De** neglexeris **V***Ω′* neglegeris **P** 18 erat **P** (*corr*) **KTnm** est **M**$^2$

gentibus moderatur. illis merito accidet quicquid euene- 26
rit. ceterum uos, patres conscripti, quid in alios statua-
tis, considerate. omnia mala exempla ex rebus bonis 27
orta sunt. sed ubi imperium ad ignaros eius aut minus
bonos peruenit, nouom illud exemplum ab dignis et ido-
neis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedaemo- 28
nii deuictis Atheniensibus triginta uiros inposuere, qui
rem publicam eorum tractarent. ii primo coepere pessu- 29
mum quemque et omnibus inuisum indemnatum necare;
ea populus laetari et merito dicere fieri. post ubi paula- 30
tim licentia creuit, iuxta bonos et malos lubidinose inter-
ficere, ceteros metu terrere: ita ciuitas seruitute obpressa 31
stultae laetitiae grauis poenas dedit. nostra memoria 32
uictor Sulla cum Damasippum et alios eius modi, qui malo
rei publicae creuerant, iugulari iussit, quis non factum
eius laudabat? homines scelestos et factiosos, qui sedi-
tionibus rem publicam exagitauerant, merito necatos
aiebant. sed ea res magnae initium cladis fuit. nam uti 33
quisque domum aut uillam, postremo uas aut uestimentum
alicuius concupiuerat, dabat operam, uti is in proscripto-

10. *Arus. VII p 490 K. 'laetor illam rem', Sal. Catil.:* ea populus Rom. laetari et merito dicere fieri. — *Prisc. III p 307 K. quomodo etiam apud nos inueniuntur 'doleo' et 'gaudeo', 'laetor his' et 'haec'. Sallustius in Catilinario:* ea populus laetari et merito dicere fieri. *Ibd. p 358 item.*

19. *Prob. IV p 125 K. quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius:* uas aut uestimentum alicuius concupiuerat *uas ad quam formam pertineat.*

1 accidit *Γ***me** 3 rebus bonis **VXHγsn** (domesticis *ss* **P**$^1$**D**) bonis rebus **l** rebus domesticis **NKM**$^2$**me** (bonis *ss* **NM**$^2$) domesticis rebus **T** 4 ignaros eius **VΠNKlsme** (eius *eras* **Pl** *ss m1* s. imperii *ss m2* **N** ciues *corr* **P**$^1$) ignaros ciues *rell* (ignauos ciues **T**) uel minus **H** et minus **M**$^2$**TMF** 8 primum **HD** 9 ind||mnatum (e *eras* a *ss*) **N** 11 malos et bonos **m** 14 huiusmodi **BHDF** huiuscemodi **M** 15 non laudabat eius factum **n** 17 necatus (o *ss*) **P**$^1$ 18 initium magnae cladis **V** 19 aut domum aut **M**$^2$**Tnme** aut uillam *ss* **P** uillas **P**$^2$ (*ex*- lam) **B** aut uas aut **M**$^2$**nme** uas *om* **DM** *ss* **F** uestimentum ||||(aut *eras*) **P** 20 uti is in *Γ'***lsn** uti in **N** (is *ss*) **me** ut is in **VP**$^2$**BK** ut in (is *ss*) *Π***P**$^4$

34 rum numero esset. ita illi, quibus Damasippi mors lae-
titiae fuerat, paulo post ipsi trahebantur, neque prius fi-
nis iugulandi fuit, quam Sulla omnis suos diuitiis expleuit.
35 atque ego haec non in M. Tullio neque his temporibus ue-
reor, sed in magna ciuitate multa et uaria ingenia sunt.
36 potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in
manu sit, falsum aliquid pro uero credi. ubi hoc exemplo
per senati decretum consul gladium eduxerit, quis illi
finem statuet aut quis moderabitur?
37 Maiores nostri, patres conscripti, neque consili neque
audaciae umquam eguere; neque illis superbia obstabat,
quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imita-
38 rentur. arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia
magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt; postremo
quod ubique apud socios aut hostis idoneum uidebatur,
cum summo studio domi exequebantur; imitari quam
39 inuidere bonis malebant. sed eodem illo tempore Grae-
ciae morem imitati uerberibus animaduortebant in ciuis,
40 de condemnatis summum supplicium sumebant. post-
quam res publica adoleuit, et multitudine ciuium factio-
nes ualuere, circumueniri innocentes, alia huiusce modi fi-

16. *Cf Pseudosall. ep. II 8.*$_{7}$ magis aemuli bonorum quam inuidi.

2 fuit **V** 3 iugulando (i *ss*) **P**$^{1}$ iugulandi finis **n** suas diuitias **P** 4 atqui (atque *ss*) **P**' at **K** neque (atque *ss*) **T** haec ego **V** haec *ss* **H** 5 multa *ex* illa **P** 6 in (im **P**$^{2}$) manus **NM**$^{2}$ (s *eras* **PP**$^{4}$**M**$^{2}$ ïs *ss* **P**$^{1}$) 7 sit] *ex* sed **P**$^{1}$ *ex* sunt **e** 8 senati **P**$^{2}$ senatus **V**$\Omega'$ gladium consul **M**$^{2}$**Tnme** 10 neque consilii *in mg* **P** *ss* **P**$^{2}$ 11 audacia **N** neque umquam audaciae **M**$^{2}$**nm** (audacia) **e** audaciae *ss* **T** 13 arma tela atque militaria **B** tela *om* **KM**$^{2}$ militaria *om* **D** sannitibus **P**$^{4}$**KH** 14 magistratum **m** a tuscis **KH**$\gamma$**l** 16 summo *om* **M**$^{2}$ *ss* **T** domi *ss* **P** 17 bonos **M**$^{2}$**T** (bonis *ss*) gr|||e (cie *ss*) **B** gra|||| (ecio *ss*) **l** graeciae *eras et ss al. m* **K** 18 imitari **n** 19 de *eras* **P** de condemnatissimo (summum *ss*) supplicium **P**$^{4}\Gamma'$(-**T**) 21 circumueniri **V** circumuenire $\Omega'$ aliaq||| **N** aliaque [**T**]**sme** huius modi **HMF**

eri coepere, tum lex Porcia aliaeque leges paratae sunt,
quibus legibus exilium damnatis permissum est. ego 41
hanc causam, patres conscripti, quo minus nouom consilium capiamus, inprimis magnam puto. profecto uirtus 42
atque sapientia maior illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta uix retinemus.

Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catili- 43
nae? minume. sed ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in uinculis habendos per municipia, quae maxume opibus ualent, neu quis de iis postea ad senatum referat neue cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum.'

Postquam Caesar dicendi finem fecit, ceteri uerbo alius **52**
alii uarie adsentiebantur. at M. Porcius Cato rogatus sententiam huiusce modi orationem habuit:

'Longe alia mihi mens est, patres conscripti, cum res 2
atque pericula nostra considero, et cum sententias non-
nullorum ipse mecum reputo. illi mihi disseruisse uiden- 3
tur de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris atque focis suis bellum parauere; res autem monet cauere ab il-
lis magis quam quid in illos statuamus consultare. nam 4

15. *Diomed. I p 381 K. sed et 'adsentior' Sallustius ait in Catilina:* alius alii uarie adsentiebantur.

18. *Seru. ad Aen. I 13 'longe' ualde; Sallustius:* longe alia mihi mens est, patres conscripti.

22. *Arus. VII p 488 K. 'kaue ab illis', Sal. Catil.:* cauere ab illis magis.

1 tunc **P$^4$M$^2$Tne** conparatae **e** 2 ex||||ilium **P** ego hanc **VBP$^4$Hγ** (ergo **M**) **ls** hanc ego *Π***P$^2$NTm** hanc ergo **K** (ergo *ı̇ñ ras*) **M$^2$ne** 5 maior illis **VPP$^4$l** maior in illis *rell* opibus *ex* operibus **K** 8 augere **P$^4$M$^2$** 10 ipsos *ex* ipsum **P$^1$** uinculo **K** 11 ne quis **V[PP$^4$]Kl** neu quis *rell* 12 se (*lacuna*)| existimare **n** 18 longe alia mihi mens est **V** longe mihi est alia mens *γ* longe mihi alia mens est *rell* 20 ipse mecum **V*X*NKHls** mecum ipse *Γ***nme** illi *ex* :lle **P**

cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt; hoc nisi
prouideris ne accidat, ubi euenit, frustra iudicia implo-
5 res: capta urbe nihil fit reliqui uictis. sed, per deos in-
mortalis, uos ego appello, qui semper domos, uillas, sig-
na, tabulas uestras pluris quam rem publicam fecistis: si
ista, cuiuscumque modi sunt quae amplexamini, retinere,
si uoluptatibus uestris otium praebere uoltis, expergisci-
6 mini aliquando et capessite rem publicam. non agitur
de uectigalibus neque de sociorum iniuriis: libertas et
anima nostra in dubio sunt.
7 Saepenumero, patres conscripti, multa uerba in hoc
ordine feci, saepe de luxuria atque auaritia nostrorum ci-
uium questus sum, multosque mortalis ea causa aduor-
8 sos habeo. qui mihi atque animo meo nullius umquam
delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini male
9 facta condonabam. sed ea tametsi uos parui pendebatis,

5. *Arus. VII p 499 K. 'pluris quam hoc', Sal. Bello Catil.:* pluris quam remp. fecere.

7. *Agroec. VII p 117 K. 'olim' et 'quondam' et 'aliquando' tria tempora tenent. praeteriti temporis et futuri adfatim inueniuntur exempla, sed praesentis demus, quod difficilius uidetur:* — — expergiscimini aliquando et capessite rem publicam. — *Lact. Plac. ad Theb. II 109 'capessat' quasi perpetuo retenturus. Sallustius:* expergiscimini aliquando et capessite rem publicam. — *Prisc. III p 455 K. nam secunda persona imperatiui similis est indicatiui secundae, quomodo et apud Graecos, ut 'amamini docemini legimini audimini'. haec enim tam indicatiuo quam imperatiuo modo similiter proferuntur, idque comprobat usus:* — — — *Sallustius in Catilinario:* expergiscimini aliquando et capessite rem publicam.

1 maleficia **V***X***Hls** malefacta **P**[1] (maleficia *ss*) *Γ* (maleficia *ss* **T**) **nme** maledicta (malefacta *ss*) **K** mala **F** tunc **P***Γ* persequere [**P**[1]]**P**[2]**B** (*corr*) 2 euenerit **n** 3 reliqui fit **M**[2]**T** 4 ego uos **B** 5 si ita **VM**[2]**T** (ista *corr*) **e** 6 sint **HM**[2][**T**]*γ* 7 expergescimini **P**[1] (i *ss*) **M**[2] (*corr*) **TMF** 8 capescite **P**[1]**KM**[2]**lm** 9 non de sociorum *Γ***nme** 10 uestra **e** (n over dibio) dibio *ex* dibia **P** est *Ω'* [*cf Prol. p 172*] 11 in hoc ordine] hoc *ss* **HT** *om* **M**[2]*γ* 15 gratiam *bis, semel eras* **P** libidi **K** 16 penderatis **V** pendatis **NM**[2]**D** (eb *ss al. m*)

tamen res publica firma erat, opulentia neglegentiam to-
lerabat. nunc uero non id agitur, bonisne an malis mo- 10
ribus uiuamus, neque quantum aut quam magnificum im-
perium populi Romani sit, sed haec, cuiuscumque modi
uidentur, nostra an nobiscum una hostium futura sint.
hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam no- 11
minat. iam pridem equidem nos uera uocabula rerum
amisimus: quia bona aliena largiri liberalitas, malarum
rerum audacia fortitudo uocatur, eo res publica in extremo
sita est. sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales 12
ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus aerari:
ne illi sanguinem nostrum largiantur, et dum paucis sce-
leratis parcunt bonos omnis perditum eant.

Bene et conposite C. Caesar paulo ante in hoc ordine 13
de uita et morte disseruit, credo falsa existumans ea, quae
de inferis memorantur: diuorso itinere malos a bonis loca
taetra, inculta, foeda atque formidolosa habere. itaque 14
censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia
in custodiis habendos, uidelicet timens, ne, si Romae sint,
aut a popularibus coniurationis aut a multitudine conduc-
ta per uim eripiantur. quasi uero mali atque scelesti 15

11. *Arus. VII p 486 K. 'in illo misericors est', Sal. Catil.:* sint misericordes in furibus aerarii.

15. *Non. p 317.$_{38}$ M. 'habere' rursus habitare. Sallustius in Catilinae Bello:* credo, falsa existimans ea quae de inferis memorantur: diuerso itinere malos a bonis loca taetra, inculta, foeda atque formidulosa habere.

---

1 erant **s** 2 bonisque **K** 4 modi sunt uidentur **m** uidentur *om* **M**$^2$ *in mg* **T** 5 hostiam **P**$^1$ futura sunt **n** 7 uocabula *ex-* lum **P** uera rerum uocabula **M**$^2$**Tnm** 8 libertas (liberalitas *ss*) **K** 9 uocatur *om* **M**$^2$**M** *ss* **TDF** 10 posita est **P** habeant **M**$^2$**e** 12 ne illis **P**$^4\gamma$**lse** largiantur *ex-* entur **B** scelestis **V**[**P**] 15 falso $\gamma$ (a *ss* **D**) quae inferis **N** 16 tetra loca **m** 17 itaque haec uera esse non credidit (quod *ss*) censuit **B** 19 ne si Romae sint *om* **Nm** (si romae sint *ss al. m*) **e** sit romae sint **P** sint romae **P**$^4$ ut aut **NM**$^2$**me** 20 aut popularibus **M**$^2$**F** a *del* **m**

tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint, aut
non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes mi-
16 nores sunt. qua re uanum equidem hoc consilium est, si
periculum ex illis metuit; si in tanto omnium metu solus
non timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere.
17 qua re, cum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo
habetote uos simul de exercitu Catilinae et de omnibus
18 coniuratis decernere. quanto uos attentius ea agetis,
tanto illis animus infirmior erit; si paululum modo uos
languere uiderint, iam omnes feroces aderunt.

19 Nolite existumare maiores nostros armis rem publicam
20 ex parua magnam fecisse. si ita esset, multo pulcherru-
mam eam nos haberemus; quippe sociorum atque ciuium,
praeterea armorum atque equorum maior copia nobis

3. *Arus. VII p 493 K. 'metuit ex illo', Sal. Catil.:* si periculum ex illis metuit.

11. *Augustin. ciu. d. V 12 proinde qualis esset illo tempore ciuitas et antea qualis fuisset, uideamus in ipsa sententia Catonis:* nolite, *inquit,* existimare maiores nostros armis rem publicam ex parua magnam fecisse. si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus. quippe sociorum adque cicium, praeterea armorum et equorum maior copia nobis quam illis est. sed alia fuere, quae illos magnos fecerunt, quae nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto neque libidini obnoxius. pro his nos habemus luxuriam adque auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam. laudamus diuitias, sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum, omnia uirtutis praemia ambitio possidet. neque mirum: ubi uos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniae aut gratiae seruitis, eo fit ut impetus fiat in uacuam rem publicam.

1 urbe non **e** 2 addefendum **VM²** (den *ss*) defen-dendam (u *ss*) **N** minoresunt **P** 3 sunt *om* **B** sunt *ex* sint **e** sint **MF** 4 si in **V**Ω′ sin in **l** 5 refert me *ex* ne **P¹** me *om* **M²Tme** 6 quare qua de **m** P. *praen. om* **B** statutis **n** pro certo *om* **B** 8 intentius **V**[**P**] agitis **M²sm** 9 animus *ex* omnibus **P** infirmior animus **M²Tnme** paulum **VP¹P²P⁴** modo *ex* modum **P¹** 10 uiderit (n *ss*) **P¹** 12 si ita esset] res *ss* **P¹T** *om* **me** *del* **K** si ita res esset *rell* 13 nos eam **HMF**

quam illis est. sed alia fuere, quae illos magnos fecere, 21
quae nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum impe-
rium, animus in consulendo liber neque delicto neque 22
lubidini obnoxius. pro his nos habemus luxuriam atque
auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam. lau
damus diuitias, sequimur inertiam. inter bonos et malos
discrimen nullum, omnia uirtutis praemia ambitio possi-
det. neque mirum: ubi uos separatim sibi quisque con- 23
silium capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniae aut
gratiae seruitis, eo fit, ut impetus fiat in uacuam rem pu-
blicam.

Sed ego haec omitto. coniurauere nobilissumi ciues 24
patriam incendere; Gallorum gentem infestissumam no-
mini Romano ad bellum arcessunt; dux hostium cum exer-
citu supra caput est. uos cunctamini etiam nunc et dubi- 25
tatis, quid intra moenia deprensis hostibus faciatis? mi- 26
sereamini censeo (deliquere homines adulescentuli per am-
bitionem), atque etiam armatos dimittatis, ne ista uobis 27
mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in mise-
riam conuortat. scilicet res ipsa aspera est, sed uos non 28
timetis eam. immo uero maxume. sed inertia et molli-
tia animi alius alium expectantes cunctamini, uidelicet
dis inmortalibus confisi, qui hanc rem publicam saepe in

18. *Don. ad Andr. V* $4._{36}$ *'ne istam multis' ne nimis. — — Sallustius:* ne ista uobis mansuetudo et misericordia.

---

3 animus *ss* **m** 4 lubidinis **P**[1] 7 nullum discrimen **P**[4]**KM**[2] (*sign. transp.*) **T** nullum est **B** 10 seruttis (t *prior in ras*) **V** seru||||tis **P** 12 ego *om* **K** haec ego **D** 14 accersunt **V**[**PB**]**KT**[**D**] supra caput cum exercitu **P**[4] cum exercitu *om* **M**[2] *ss al. m* **F** 15 etiamnum **V** etiam et nunc dub. **NM**[2] et *om* **Te** et dubitatis *om* **HM** *ss al. m* **DF** *eras* **K** dubitamini **M**[2]**T** (tis *ss*) 16 depre(he)nsis **VPBKH** $\gamma$ls adpr. *rell* 17 miseremini **V**[**P**[1]**P**[2]**B**]l miseriamini **N** miseramini **M**[2] misereamini *rell* 18 etiam *om* **N**$\Gamma$ (*ss* **DF**) **nme** dimittis (at *ss*) **B** 19 mansuetudo uobis **m** 20 conuertat **V**$\Pi$l conuertatur $\Sigma$**KM**[2]**Tnm** uertat **N**[**D**]e uertatur **H** (n *ss*) $\gamma$s 21 maxima **N** (e *ss*) **M**[2]**T** (*corr*) e

29 maxumis periculis seruauere. non uotis neque suppli-
ciis muliebribus auxilia deorum parantur; uigilando, agen-
do, bene consulendo prospere omnia cedunt. ubi socor-
diae te atque ignauiae tradideris, nequiquam deos implo-
30 res: irati infestique sunt. apud maiores nostros A. Man-
lius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra
31 imperium in hostem pugnauerat, necari iussit, atque ille
egregius adulescens inmoderatae fortitudinis morte poe-
nas dedit; uos de crudelissumis parricidis quid sta-
tuatis cunctamini? uidelicet cetera uita eorum huic
32 sceleri obstat. uerum parcite dignitati Lentuli, si ipse
pudicitiae, si famae suae, si dis aut hominibus umquam
33 ullis pepercit. ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum
34 patriae bellum fecit. nam quid ego de Gabinio, Statilio,
Caepario loquar? quibus si quicquam umquam pensi fuis-
35 set, non ea consilia de re publica habuissent. postremo,
patres conscripti, si mehercule peccato locus esset, facile

1. *Seru. ad Geo. III 456 'et meliora deos sedet omnia p'. maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant. Sallustius:* non uotis neque suppliciis muliebribus deorum auxilia comparantur: uigilando, laborando prospere omnia cedunt. ubi socordiae tete atque ignauiae tradideris, nequiquam deos implores: irati infestique sunt.

6. *Arus. VII p 503 K. 'pugno in illum', Sal. Catil.:* contra imperium in hostem pugnauerat. — *Cf Augustin. ciu. D. V 18* si alius etiam Romanus princeps, cognomine Torquatus, filium, non quia contra patriam sed etiam pro patria, tamen quia contra imperium suum, id est contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste prouocatus iuuenali ardore pugnauerat, licet uicisset, occidit. — *Heges. III 24.₆₆* quem (sc. Manl. Torq.) securi pater iussit feriri, quod contra imperium patris in hostem produxerat.

---

1 uotis atque **P** (*corr*) $\gamma'$ supplicis **V** 3 prospere omnia **VP**[1] prospera omnia *X***NKls** omnia prospera **TDnme** o. prospere **M**[2]**MF** 5 saulus (aulus *ss al. m*) **N** manilius **l** 11 uero **VPP**[1] (uerum *ss*) **P**[4]**l** 12 atque hominibus **V[P]BP**[4]**m** 13 iterum **VPBKHls** iterum iam **P**[1]**P**[2]**P**[4]**N***Γ***m** alterum iam [**T**]**ne** 14 statilio gabinio **Vl** 15 pensi umquam **P**[4] umquam *eras* **m** 17 si mehercule *ex* simili hercule **P**[1] mehercule|| **P** mehercules **sme** mehercle [**B**]**P**[4]

paterer uos ipsa re corrigi, quoniam uerba contemnitis. sed undique circumuenti sumus. Catilina cum exercitu faucibus urget; alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes; neque parari neque consuli quicquam potest occulte. quo magis properandum est.

Qua re ego ita censeo, cum nefario consilio sceleratorum 36
ciuium res publica in maxuma pericula uenerit, iique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum conuicti confessique sint caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in ciuis patriamque parauisse, de confessis sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum'.

Postquam Cato adsedit, consulares omnes itemque se- **53**
natus magna pars sententiam eius laudant, uirtutem animi ad caelum ferunt, alii alios increpantes timidos

2. *Cf Cic. orat. in Cat. I* $2._5$ castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae faucibus collocata, crescit in dies singulos hostium numerus, eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu uidemus.

3. *Cf Tac. hist. III 38* in urbe ac sinu cauendum hostem. — *Panegyr. XI 6* in medio Illyrici sinu improuisus apparuit. *Ibd. XII 31* in medio rei publicae sinu. *Firm. Mat. I 3* in medio sinu urbis Romae. — *Aurel. Vict. Caes.* $27._2$ inter inplana urbis atque ipso sinu. — *Heges. I* $17._5$ in patriae sinu. *III* $5._{11}$ e medio urbis sinu. *IV* $9._{15}$ in urbis sinum. *IV* $21._7$ in medio sinu urbis id est Romano foro.

6. *Eugraph. ad Eun. V* $8._{42}$ *'militem ego riualem recipiendum censeo' primum hoc deliberatiuae est, ut ipse, qui suadet, aliquam sententiam dicat, quemadmodum in Philippicis:* quare ita censeo *et in Sallustio.*

13. *Sacerd. VI p 446 K. causales uiginti et sex* — — — — itemque senatus magna pars.

*Cf Dict. II 48.*

1 pater (er *ss*) **B** omnia uerba **P**[2] 3 alia **N** urbis *om* **V** 4 occulte potest **V** 6 ego ita censeo **VPB** (*post* censeo *ras 3 litt.*) **l** ita censeo ego *rell* 7 in sū|ma **V** 8 T. *praen. om* **M**[2]**e** *ss* **Tm** conuincti **n** 9 se *om* **Nnme** *ss* **s** 10 defessis (c̄ *ss*) **P** 11 malorum **e** 13 postea cato **m** 15 f|||erunt (u *eras*) **P**

uocant. Cato clarus atque magnus habetur. senati de-
cretum fit, sicuti ille censuerat.
2 Sed mihi multa legenti, multa audienti, quae populus
Romanus domi militaeque, mari atque terra praeclara
facinora fecit, forte lubuit attendere, quae res maxume
3 tanta negotia sustinuisset. sciebam saepenumero parua
manu cum magnis legionibus hostium contendisse; cog-
noueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus,
ad hoc saepe fortunae uiolentiam tolerauisse, facundia
4 Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. ac mihi
multa agitanti constabat paucorum ciuium egregiam uir-
tutem cuncta patrauisse, eoque factum, uti diuitias pau-
5 pertas, multitudinem paucitas superaret. sed postquam

1. *Cf Dict. I 16* magnus atque clarus habebatur.

*Don. ad Hec. III* $2._{21}$ *'quid fuit tumulti' antiqui sic declinauerunt tumulti senati, ut Sallustius:* senati decretum fit. — *Charis. I p 143 K. 'senati' Sallustius:* senati decretum fit. — *Prisc. II p 258* K. *'senati' pro 'senatus' Sallustius in Catilinario:* senati decretum fit, sicut ille censuerat.

3. *Augustin. ciu. d. V 12 sicut idem historicus dicit* multa sibi legenti et audienti quae populus Romanus domi militiaeque mari adque terra praeclara facinora fecerit libuisse adtendere quae res maxime tanta negotia sustinuisset; *quoniam* sciebat saepenumero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse *Romanos*, cognouerat paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus; sibique multa agitanti constare *dixit* paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse, eoque factum ut diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. sed postquam luxu adque desidia, *inquit*, ciuitas corrupta est, rursus res publica magnitudine sui imperatorum adque magistratuum uitia sustentabat. — *Cf Pseudosall. ep. II* $10._{3}$ ego multa legendo atque audiendo ita comperi.

7. *Arus. VII p 459 K. 'contendo tecum', Sal. Catil.:* cum magnis legionibus hostium contendisse.

---

1 uocant ||| (es *eras*) **P** magnus atque clarus **P**$^4$**T** senati **P** (i *eras*) **P**$^1$**P**$^4$**lme** senatus [**P**$^1$] *rell* 2 decreto **T**[**F**]**s** 3 multa mihi **B** qua r. p. **m** 4 militiaeque] que *om* **l** 5 fore (t *ss*) **P** 9 fortunae *in mg* **N** 10 fuisset **n** at mihi **BD** 13 superasset **KM**$^2$**Tne**

luxu atque desidia ciuitas corrupta est, rursus res publica
magnitudine sua imperatorum atque magistratuum uitia
sustentabat, ac sicuti effeta parentum ⟨ui⟩multis tempesta-
tibus haud sane quisquam Romae uirtute magnus fuit.
sed memoria mea ingenti uirtute, diuorsis moribus 6
fuere uiri duo, M. Cato et C. Caesar. quos quoniam
res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium, quin
utriusque naturam et mores, quantum ingenio possum,
aperirem. igitur his genus, aetas, eloquentia prope aequa- **54**
lia fuere, magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii.
Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, in- 2
tegritate uitae Cato. ille mansuetudine et misericordia
clarus factus, huic seueritas dignitatem addiderat. Cae- 3
sar dando, subleuando, ignoscendo; Cato nihil largiendo
gloriam adeptus est. in altero miseris perfugium erat; in
altero malis pernicies. illius facilitas, huius constantia
laudabatur. postremo Caesar in animum induxerat la- 4
borare, uigilare, negotiis amicorum intentus sua neglegere,

5. *Cf Augustin. ciu. D. V 12* laudat idem Sallustius — — M. Catonem et G. Caesarem, dicens quod diu illa res publica non habuit quemquam uirtute magnum sed sua memoria fuisse illos duos ingenti uirtute, diuersis moribus.

10. *Sacerd. VI p 459 K. de iso. — — — sic Sallustius:* magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii: Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate uitae Cato. ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic seueritas dignitatem addiderat. — *Cf Iul. Capitol. uit. Max et Balb.* $7._7$ denique nonnulli, quemadmodum Catonem et Caesarem Sallustius conparat, ita hos quoque conparandos putarunt, ut alterum seuerum, clementem alterum, bonum illum, istum constantem, illum nihil largientem, hunc affluentem copiis omnibus dicerent.

1 corr||pta (u *ss*) **l** 2 magnitudine sua *ex-* nis suae **P** magistratum **N** (u *ss*) **K** 3 sustentebat **l** parentum *Ω′* parentum ui *praeeunte Ritschelio coiеci* (ui *per haplogr. uidetur excidisse*) 4 uirtute romae **n** 5 moribus *ex* mod. **P** 6 duo uiri **Dn** 8 possum **PDMls** possem *rell* 9 aeṣtas **P** eloquentiaẹ **P¹** prope *om* **m** 11 atque munif. **P¹P²P⁴** 15 erat *om* **DMn** *ss* **HF** 16 facultas **M²T** (facilitas *ss*) **M** (*corr*) 18 labore **e**

nihil denegare quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouom exoptabat, ubi uirtus
5 enitescere posset. at Catoni studium modestiae, decoris,
6 sed maxume seueritatis erat; non diuitiis cum diuite neque factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse quam uideri bonus malebat. ita quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur.

**55** Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere, ne quid eo spatio nouaretur, triumuiros quae
2 ad supplicium postulabant<ur> parare iubet. ipse praesidiis dispositis Lentulum in carcerem deducit; idem fit cete-
3 ris per praetores. est in carcere locus, quod Tullianum

1. *Augustin. ciu. d V 12 in laudibus autem Caesaris posuit, quod* sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, ubi uirtus enitescere posset.

6. *Cf Fronto ed. Nab. p 195* ille qui esse quam uideri bonus maluit, fortunis parum prosperis usus est.

7. *Augustin. ciu. d. V 12 melius laudatus est Cato. de illo quippe ait:* quo minus petebat gloriam, eo illum magis sequebatur. — *Cf Dict. II 21* semper his — elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius quam culpa sequeretur.

14. *Charis. I p 76 K. 'hic locus' et 'hi loci' masculino genere ratione dicuntur. — — — — quamuis quidam uelint neutro genere Sallustium dixisse:* est in carcere locus, quod Tullianum appellatur. — *Seru. ad Aen. I 159 'locus' — — et sciendum est, quia, quotiens praemittimus nomen cuiuslibet generis et interposito pronomine (proprium) sequitur nomen alterius generis, medium illud pronomen proprii nominis genus*

1 quod bono **P**$^1$**NKM**$^2$**me** (dono *corr* **P**$^1$**K**) quod dono bonum (bo*ni ras*) **H** quod dignum esset bono (dono *ss*) **T** quod dignum donum **M** 7 gloriam petebat **P**$^4$**F** 8 illum sequebatur **e** illum assequebatur *Π***P**$^4$**NK**[**F**]**sm** illam asseq. [**P**$^1$]**P**$^2$**B***Γ*'**l** illa asseq. **n** 9 senatus *ss* **P** in sententiam catonis *Γ* (-**HD**)**nme** 10 facturatus *ex* facturus **P** 11 antecapere ||||||||ne **P** 12 ad *eras* **BKm** *ss* **M**$^2$**T** postulabant **P**$^1$ postolabat **P** postulabat *rell* parare *ex*- rere **P** 13 depositis **K** ||| carcerem (ad *eras* in *ss*) **P** item **K** 14 est locus in carcere (*sign. transp.*) **l**

appellatur, ubi paululum descenderis ad laeuam, circiter
duodecim pedes humi depressus; eum muniunt undique 4
parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta;
sed incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis eius
facies est. in eum locum postquam demissus est Lentulus, 5
uindices rerum capitalium, quibus praeceptum erat, la-
queo gulam fregere. ita ille patricius ex gente clarissuma 6
Corneliorum, qui consulare imperium Romae habuerat,
dignum moribus factisque suis exitum uitae inuenit. de
Cethego, Statilio, Gabinio, Caepario eodem modo suppli-
cium sumptum est.

Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia, **56**
quam et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legio-
nes instituit, cohortis pro numero militum conplet. dein- 2
de, ut quisque uoluntarius aut ex sociis in castra uenerat,

*sequitur, ut Sallustius:* est in carcere locus, quod Tullianum apellatur. *Idem ad Aen. XII 897 item.*

2. *Arus. VII p 477 K. 'humi' nacsuntur, — — Sal. Catil.:* humi depressus.

4. *sqq. Cf Sulp. Seu. chron. I 54.*$_4$.

9. *Cf Trebell. Pollio uita Claud. 5.*$_3$ dignum exitum uitae ac moribus suis habuit. — *Augustin. ep. 43.*$_2$ qui — — dignum moribus factisque suis exitum maculati repererunt. — *Sulp. Seu. chron. I 51.*$_2$ dignum se exitum tulit.

---

1 descenderis **n** ascenderis $\Omega'$ circiter *om* **HM** 4 incultu **PNlsm** inculta *rell* odere **P** odore *ex* opere **P**$^1$ facies eius **H** eius species **e** 5 lo|||cū *ex* lentulum **P** dimissus **B** (*corr*) **P**$^4$**M**$^2$**D** (*corr*) **sn** 6 uindices **e** ||| indices (u *an* et *an* per *eras?*) **H** et indices **PK** (et *eras* per *ss m2*) ei indices (demonstratores *ss*) **P**$^1$ indices **BP**$^4$ (demonstratores *ss*) **N**[**HF**]**lsn**[**e**] per indices $\Gamma$ et per indices [**N**] praeceptum *om* **B** 7 fregere *ex* frangere **K** ita ille gente patricius ex gente **n** 8 corneliorum *ex* cornelia **P** 9 exitium $\Omega'$ 10 eo modo **n** 12 cum ea **M**$^2$**TF** um ea **M** dum haec **m** dum romae (s. haec *ss*) **B** 13 quam ipse $\Gamma$(-**D**)**nme** habebat **e** 14 complet militum **M**$^2$ (*sign. transp.*) **m**

aequaliter distribuerat, ac breui spatio legiones numero hominum expleuerat, cum initio non amplius duobus mi-
3 libus habuisset. sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armauerat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudis por-
4 tabant. sed postquam Antonius cum exercitu aduentabat, Catilina per montis iter facere, modo ad urbem, modo Galliam uorsus castra mouere, hostibus occasionem pugnandi non dare. sperabat propediem magnas copias sese habi-
5 turum, si Romae socii incepta patrauissent. interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis

1. *Non. p 499.$_{16}$ M. 'datiuus' pro accusatiuo. — — — Sallustius Catilinae Bello:* breui spatio legiones numero hominum expleuerat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset.

2. *Arus. VII p 451 K. 'amplius illa re', — — — Sal. Catil.:* amplius duobus milibus.

3. *Non. p 554.$_9$ M. 'lanceae' tela sunt non bellica. Sallustius in Catilinae Bello:* sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armauerat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudes portabant.

5. *Seru. ad Aen. XI 682 'agrestisque manus armat sparus' bene agrestis: nam sparus est rusticum telum, in modum pedi recuruum. Sallustius:* sparos et [aut *F* et *Seru. codd.*] lanceas, alii praeacutas sudes portare.

7. *Prisc. III p 514 K. 'uersus' quoque suppositum localibus nominibus aduerbium esse inuenitur — —. Sallustius tamen etiam praepositionem ei anteposuit in Catilinario:* in Galliam uersus.

10. *Prisc. III p 184 K. construuntur igitur diuersi numeri, ut Virgilius — — —; ad sensum enim — — — quomodo et Homerus — —. Sallustius in Catilinario:* interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant. *'cuius' enim singulare ad rem retulit, id est 'cuius rei seruitiorum'.*

2 impleuerat **K** 4 ut quem **P²** 7 modo in galliam **NKmn** (in *eras*) modo ad g. **MF** modo ad in g. **e** 8 mouere. scilicet ut fatigarent antonium cum suis: hostibus (glosula haec, non ex corpore *in mg*) **B** 9 sperans *Γ*(-**D**) 10 rome *ex* more **P¹** parauissent (t *supra*) **n** 11 quorum *pro* cuius **KF** (*in ras*) 12 simul *om* **Nm** *ss m2* **K** alienum simul **e**

rationibus existumans uideri causam ciuium cum seruis fugitiuis communicauisse.

Sed postquam in castra nuntius peruenit Romae con- 57
iurationem patefactam, de Lentulo et Cethego ceterisque, quos supra memoraui, supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut nouarum rerum studium illexerat, dilabuntur; reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit eo consilio, uti per tramites occulte perfugeret in
Galliam Transalpinam. at Q. Metellus Celer cum tribus 2
legionibus in agro Piceno praesidebat, ex difficultate rerum eadem illa existumans, quae supra diximus Catilinam agitare. igitur ubi iter eius ex perfugis cognouit, 3
castra propere mouit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. neque 4
tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fuga sequeretur. sed 5
Catilina postquam uidet montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res aduorsas, neque fugae neque praesidi ullam spem, optumum factu ratus in tali re for-

11. *Arus. VII p 498 K. 'praesidet in illa re', Sal. Catil.:* in agro Piceno praesidebat.

15. *Prisc. III p 343 K. Attici 'παρεσκευάζοντο ὡς ποιήσοντες τόδε' καὶ 'ποιῆσαι τόδε'. similiter nostri. Sallustius in Catilinario:* neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fuga sequeretur.

---

1 uideri *ss* **P** 3 castra *ex* castrinum **P**¹ uenit (per *ss*) **P**¹ 4 de ||lentulo **P** 6 rapinarum spes **P**² 7 dilebantur (a, v *ss*) **B** dilabantur **K** 8 pistorionsem **P** pistoriosem **P**¹**P**² pistoriosen **B** adducit **P**⁴n 9 perfugerent **P**⁴*Γ'* (-**T**)s 10 at q; *uel* atq; *Ω'* q; *del* **P**²**NKM**² 11 residebat (prae *ss*) **P**¹ 14 castra *bis, semel eras* **P** prope remouet (i *ss*) **P**¹ propere remouet **M**² mouit **PBKls** mouet *rell* 15 qu||a (i *eras*) l discensus **M**² discessus e 17 expeditos *Ω'* expeditus impeditos *Dietsch* in fugam **M**²**Ts** 18 uidet montibus *ss* **P** 19 sese *ex* esse se **P**¹ 20 factu ratus *ex* facturus *Π*

tunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum
6 confligere. itaque contione aduocata huiusce modi ora-
tionem habuit:

**58** 'Conpertum ego habeo, milites, uerba uirtutem non
addere, neque ex ignauo strenuum neque fortem ex ti-
2 mido exercitum oratione imperatoris fieri. quanta cuius-
que animo audacia natura aut moribus inest, tanta in
bello patere solet. quem neque gloria neque pericula
excitant, nequiquam hortere: timor animi auribus offi-
3 cit. sed ego uos, quo pauca monerem, aduocaui, simul uti
causam mei consili aperirem.

4 Scitis equidem, milites, socordia atque ignauia Len-
tuli quantam ipsi nobisque cladem attulerit, quoque mo-
do, dum ex urbe praesidia opperior, in Galliam proficisci
5 nequiuerim. nunc uero quo loco res nostrae sint, iuxta
6 mecum omnes intellegitis. exercitus hostium duo, unus
ab urbe, alter a Gallia, obstant; diutius in his locis esse,
si maxume animus ferat, frumenti atque aliarum rerum
7 egestas prohibet; quocumque ire placet, ferro iter aperi-
8 endum est. quapropter uos moneo, uti forti atque parato
animo sitis, et cum proelium inibitis, memineritis uos di-
uitias, decus, gloriam, praeterea libertatem atque patriam
9 in dextris uestris portare. si uincimus, omnia nobis tuta

15. *Cf Fronto ed. Nab. p 182* ceteros quoque omne$^{s}$ iuxta mecum scire uelim.

19. *Cf Heges. V 4.$_{2}$* ferro iter aperiundum.

22. *Cf Curt. IV 14.$_{25}$* in dextris uestris iam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis.

2 affligere (con *ss*) **e** constione **e** rationem (o *ss*) **M²D** 4 ego *om* **P⁴H** ergo **M²e** (r *exp*) o milites **B** o *ss* **M²n** uerbo **B** (o *in ras*) **F** uerba uiris uirtutem **K** uiris *ss* **Tm** 6 cuique *Y* **me** 9 nequiquam *ex* nequa- | hortare *ex* -tere **P²** hort$\overset{a}{e}$re **D** 10 quod pauca **K** admonerem **Dme** 11 aperire **e** 13 quantum **Pl** 15 nequiuerim *ex* -ram **P** quo loco **VPBP⁴lsn** quo in loco *rell* 18 atque *om* **e** aliarumrum **e** 20 aperiendum (est *om*) **m** 21 inhibitis **PN** (h *exp*)

erunt: commeatus abunde, municipia atque coloniae pa-
tebunt; si metu cesserimus, eadem illa aduorsa fient, neque 10
locus neque amicus quisquam teget quem arma non texerint.
praeterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo in- 11
pendet: nos pro patria, pro libertate, pro uita certamus;
illis superuacuaneum est pugnare pro potentia paucorum.
quo audacius aggredimini memores pristinae uirtutis. 12
licuit uobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere, 13
potuistis nonnulli Romae amissis bonis alienas opes ex-
pectare; quia illa foeda atque intoleranda uiris uideban- 14
tur, haec sequi decreuistis. si haec relinquere uoltis, au- 15
dacia opus est: nemo nisi uictor pace bellum mutauit.
nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus 16
tegitur, ab hostibus auorteris, ea uero dementia est. sem- 17
per in proelio iis maxumum est periculum, qui maxume ti-
ment; audacia pro muro habetur.

Cum uos considero, milites, et cum facta uestra aestu- 18
mo, magna me spes uictoriae tenet. animus, aetas, uir- 19

16. *Non. p* $242._{20}$ *M. 'audacia' consuetudine temeritas dicitur. Sallustius Catilinae Bello:* audacia pro muro habetur. *Idem p* $431._5$ *et* $442._{18}$ *item. — Cf Heges. V* $4._5$ in bello plurimum audaciam posse, quae uel sola sibi murus est.

18. *Cf Pseudosall. ep. II* $5._7$ magna me spes tenet.

---

1 commeatus *ex* -andus **P** municipiae **m**
2 patebǎnt **N** neque amicus neque locus quisquam **n**
3 tegit **VP**$^4$ 5 impendit **V** (*corr*) **M**$^2$**Dl** pro uita *om* **l**
6 superuacuaneum **P** superuacuneum (a *ss*) **l** superuacaneum *rell* pugnare pro potentia paucorum **VP**$^1$**P**$^2$**NKM**$^2$**Tnm** pugnare pro pauc. pot. **P**$^4$ pro pot. pauc. pugnare **PBH**γ**lse** 7 aggredimini **VP**$^2$**P**$^4$**l** aggrediamini *rell* 8 licuit (libuit *ss*) **P**$^2$ libuit **B** uobis **V**[**P**]**BP**$^4$**D** (no *ss*) **n** nobis *rell* (uobis *ss* **P**$^2$) in *ante* exilio *om* **e** uitam agere **TMF** 9 potuistis enim **n** 13 sperare salutem **B** 14 ea uera **NKnme**
15 in proelio *ss* **NT** *om* **n** his in proelio **K** iis *om* **BHM** (his est *ss m2*) **Fls** est maximum **M**$^2$**Tnme** 17 nostra **K**
18 me *om* **M**$^2$**n**

tus uestra me hortantur, praeterea necessitudo, quae eti-
20 am timidos fortis facit. nam multitudo hostium ne cir-
21 cumuenire queat, prohibent angustiae loci. quod si uirtuti uestrae fortuna inuiderit, cauete inulti animam amittatis, neu capti potius sicuti pecora trucidemini, quam uirorum more pugnantes cruentam atque luctuosam uictoriam hostibus relinquatis'.

**59** Haec ubi dixit, paululum conmoratus signa canere iubet, atque instructos ordines in locum aequom deducit. dein remotis omnium equis, quo militibus exaequato periculo animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro
2 loco atque copiis instruit. nam, uti planities erat inter sinistros montis et ab dextera rupe aspera, octo cohortis in fronte constituit, reliquarum signa in subsidio artius con-
3 locat. ab iis centuriones omnis, lectos et euocatos, praeterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextra, Faesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. ipse cum libertis et colonis propter aquilam adsistit, quam bello

1. *Non. p* 353.36 *M. 'necessitudo' necessitas. Sallustius in Catilina:* praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit.

15. *Seru. ad Aen. II* 157 *'sacrata resoluere iura' ———. quia militiae tria sunt genera. plerumque enim euocati dicuntur, et non sunt milites, sed pro milite. unde Sallustius:* neu quis miles neue pro milite. *item ipse:* ab his omnes euocatos et centuriones.

16. *Agroec. VII p* 120 *K. 'subducimus' et quae retro subtrahimus et quae in promptu offerimus. Sallustius Bello Catilinario:* optimum quemque in primam aciem subduxit.

1 quae etiam — multitudo *in mg* **$P^1$** 2 hostium *om* **n** circumueniri **m** 4 uirtuti *ex* -te **V** nostrae **m** cauete inulti *X* (ne *ss* **$P^4$**) **NHDlme** cauete ne inulti **$VP^1$** (ne *del*) **KΓsn** 5 qui uirorum **n** 8 commotus (ra *ss*) **K** 10 dehinc **$P^2$m** deinde **n** omnibus **TMF** equis omnium **n** 12 in *pro* inter **l** 13 ad **$P^2$** a|| **B** a **n** ab *rell* dextra|| rupe|| (s *eras*) **B** 14 reliquorum **$NKM^2$Tsnme** reliqua **H** reliquarum (o *ss*) **l** reliquarum *rell* 15 lectos *ss* **$P^1$** electos **$P^4$T** 18 in *ante* sinistra *om* **e** 19 colonis [**$P^2$**]*Γ*sm coloniis [**$P^1$**]*Σ***Kn** colonibus *Π***Nl** calonibus *Dietsch, Iordan, alii; cf tamen* 28.4 adstitit *ex* adsistit **P**

Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. at ex 4
altera parte C. Antonius, pedibus aeger quod proelio ades-
se nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. ille 5
cohortis ueteranas, quas tumulti causa conscripserat, in
fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. ip-
se equo circumiens unum quemque nominans appellat,
hortatur, rogat, ut meminerint se contra latrones inermis
pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis certare.
homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus aut 6
praefectus aut legatus aut praetor cum magna gloria in
exercitu fuerat, plerosque ipsos factaque eorum fortia
nouerat; ea conmemorando militum animos accendebat.
Sed ubi omnibus rebus exploratis Petreius tuba signum **60**
dat, cohortis paulatim incedere iubet; idem facit hostium
exercitus. postquam eo uentum est, unde a ferentariis proe- 2
lium conmitti posset, maxumo clamore cum infestis sig-

2. *Arus. VII p 453 K. 'aeger illius', Sal. Hist. — — idem Bello Catil.:* pedibus aeger.

3. *Non. p 489.*$_{33}$ *M. 'tumulti' — — —. Sallustius in Catilinae Bello:* ille cohortis ueteranas, quas tumulti causa conscripserat, in frontem, post eas ceterum exercitum in subsidio locat.

7. *Arus. VII p 459 K. 'certo contra te', Sal. Catil.:* contra latrones inermes pro patria certare.

9. *Prob. IV p 85 K. quaeritur, ab eo quod dixit Sallustius:* homo militaris *qua de causa in genere feminino non faciat 'haec militaria'.*

*Arus. VII p 451 K. 'amplius illam rem', idem in eodem:* amplius annos triginta cum magna gloria fuerat.

15. *Non. p 554.*$_{25}$ *M. 'ferentarii' leuis armatura, qui cui opus esset auxilio ferrent excursu leui, armis grauibus non impediti. — — Sallustius in Catilinae Bello:* postquam eo uentum est, unde a ferentariis proelium conmitti posset.

1 ex *om* **P**$^2$  3 nequiuerat **N**  ille cohortes — post eos exercitum permittit *inter* permittit *et* ille *iterauit et tum del* **P**  4 tumulti **T** (?) tumultus *rell*  6 circuiens **P**$^4$**NH**[**M**$^2$]**T**[**D**]**lm**  appellabat **P**$^1$ (*corr*) **P**$^2$  7 contra||||latrones (latro *eras*) **P** con|||latrones (la *eras*) **P**$^1$  inhermos **P**  8 aris *ss* **B** a||ris **N**  9 atque praefectus **B**  11 factaque] que *om* **n**  13 signum tuba dat **Hn** (tuba dat *in ras*)  15 unde a] a *om* *X* *ss* **P**$^1$**l**  ferentariis] signiferis uel primi pilariis *ss* **P**$^1$ signiferis ferentariis **e**  ferentariis unde proelium **m**  16 possit *Π***P**$^2$ posset [**PP**$^2$] *rell*

3 nis concurrunt, pila omittunt, gladiis res geritur. ueterani pristinae uirtutis memores comminus acriter instare,
4 illi haud timidi resistunt, maxuma ui certatur. interea Catilina cum expeditis in prima acie uorsari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere, omnia prouidere, multum ipse pugnare, saepe hostem ferire: strenui mili-
5 tis et boni imperatoris officia simul exequebatur. Petreius ubi uidet Catilinam, contra ac ratus erat, magna ui tendere, cohortem praetoriam in medios hostis inducit, eosque perturbatos atque alios alibi resistentis interficit.
6 deinde utrimque ex lateribus ceteros aggreditur. Man-
7 lius et Faesulanus in primis pugnantes cadunt. ‹Catilina› postquam fusas copias seque cum paucis relictum uidet, memor generis atque pristinae suae dignitatis in confertissumos hostis incurrit, ibique pugnans confoditur.

**61** Sed confecto proelio, tum uero cerneres, quanta auda-
2 cia quantaque animi uis fuisset in exercitu Catilinae. nam
3 fere quem quisque uiuos pugnando locum ceperat, eum

6. *Cf Curt. III 11.*$_7$ Alexander non ducis magis quam militis munia exequebatur.

16. *Cf Dict. IV 7* tum uero cerneres. — *Sulp. Seu. uit. Mart. 14.*$_2$ *alib. item.*

18. *Comm. Bernens. ad Lucan. VI 132 'iacuere peremti debuerant q. s. l.' ordo: iacuere perempti loco quo debuerant stare. Sallustius:* quem quisque pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. — *Adnot. sup. Lucan. (ed. Endt) VI 132 'quod solum ualuit u.' prima uirtus est acceptum locum tueri, secunda eundem locum etiam corpore possidere prostrato, ut ait Sallustius milites laudans:* quem quis-

1 res agitur **KM²TDnme** agitur res **MF** 3 ui certatur *ex* uirtute **P** 5 accersire **P¹** 6 pugnare ipse sepe **B** 8 contendere **M²MF** intendere **s** 10 interfecit **B** (*corr*) **Tlm** 12 catilina *sup* copias *aut* uidet *scr al. m* **P¹ΣNKMsm** *om rell* 13 relictum *ex* reliqum **P** 16 cernentes (res *ss*) **l** 17 quanta|||uis animi **B** animi fuisset uis **M²Tme** animi *ss* **F** 18 quem *ss* **P¹** quisque locum pugnando uiuus **P⁴** quisque pugnando locum uiuus **M²TMFe** fere pugnando quem quisque uiuus (locum *ss*) **m** quisque uiuus pugnando locum *rell* uiuos *secl Vogel in Act. Erlang. I 322*

amissa anima corpore tegebat. pauci autem, quos medios 3
cohors praetoria disiecerat, paulo diuorsius, sed omnes
tamen aduorsis uolneribus conciderant. Catilina uero 4
longe a suis inter hostium cadauera repertus est, paulu-
lum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat
uiuos, in uoltu retinens. postremo ex omni copia neque 5
in proelio neque in fuga quisquam ciuis ingenuus captus
est: ita cuncti suae hostiumque uitae iuxta pepercerant. 6
neque tamen exercitus populi Romani laetam aut incru- 7
entam uictoriam adeptus erat. nam strenuissumus quis-
que aut occiderat in proelio, aut grauiter uolneratus dis-
cesserat. multi autem, qui e castris uisendi aut spoliandi 8

que locum uiuus pugnando ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. — *Cf Florus II 12.*$_{12}$ nemo hostium bello superfuit; quem quis in pugnando ceperat locum, eum amissa anima corpore tegebat. Catilina longe a suis inter hostium cadauera repertus est. — *Iustin. IX 3.*$_{10}$ non tamen immemores pristinae gloriae cecidere, quippe aduersis uulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt. — *Panegyr. IX 17* exceptis latrocinii illius primis auctoribus, qui desperata uenia locum quem pugnae sumpserant texere corporibus.

2. *Charis. I p 159 K. = Diomed. I p 333 K. cuius nominatiuum ueteres non tantum 'alius' dixerunt sed etiam 'alis', sicut et Sallustius ('ait' add. Diomed.):* alis alibi stantes ceciderunt, omnes tamen aduersis uulneribus conciderunt. [*sed quaeritur, num haec uerba huc pertineant*].

3. *Seru. ad Aen. I 488 'se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis' aut — — — aut uirtutem eius uult ostendere, nimiae enim fortitudinis est inter hostium tela uersari, ut Sallustius:* Catilina longe a suis inter hostilia cadauera repertus est. — *Cf Florus supra.*

5. *Lact. Plac. ad Theb. III 94 'et toruum' id est adhuc toruum, adhuc minantem. Sallustius de Catilina:* ferociam, quam uiuus habuerat, in uultu retinens.

---

1 anima amissa **B** medio **P**[1] 2 diuersi a suis sed **n** 3 aduersis *ex* diu- **P**[1] 4 cadauera hostium **Fs** paulum **NKM**[2]**Tme** 6 uiuens **P**[1] 8 captus est] est *om* **n** iuxta *om* **P** 11 in *ss* **l** 12 qui e *X* (*ex* quae **P**)**l** qui ex **n** qui||de (a *eras*) **N** qui ad ea castra **m** qui *om* **D** qui de *rell* castrensis **n**

gratia processerant, uoluentes hostilia cadauera amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item
9 qui inimicos suos cognoscerent. ita uarie per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur.

2 pars *om* **B** fuere autem **HD** (item *ss*) 3 recognoscerent [**P**[1]]**Bn**

*Subscriptiones capitalibus litteris scriptae duorum sunt generum:* 1. C. Sallustii Bellum Catilinae Explicit Incipit Bellum Iugurthin˜ **P** Catilinariū Bellū Explicit Lib Primus Iugurtin˜ (Bellum *ss m2*) Incipit. II. **P**[1] G. Salust Be Catil Exp. **P**[2] Explicit Bellū Catilinariū. Incipit Iugurtinū **B** Bellum Catilinae Explicit. Incipit Iugurthinum **K** G. Sallustii Crispi Bellum Catilinae Explicit Incipit Bellum Iugurtinum **l** 2. Crispi Sallustii Liber II Iugurtinus Incipit **M**[2] Salustii Liber Primus In Catilinario Explic||t (A *eras*). Incipit eiusdem II In˙ Iugurtino **T** Explicit Liber Catilinarius Salustii. Incipit Liber Iugurthinus Salustii **D** Explic̄ Lib. I. Incipit Liber secundus.s Explicit Catilinarius. Inc. Iugurthin' **m**.

GÖTEBORG 1911.
ELANDERS BOKTRYCKERI AKTIEBOLAG.

LL
S1698cA
325825
Author Sallust. Catilina
Title Coniuratio Catilinae; ed. by Ahlberg.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED